2

GNOMÆ

ET

SIMILITUDINES

NON OMNES SED MAxime insignes quæ in

EPIST. CANUTIIS INSPERSÆ.

Collectore

C. VEVÆROP.

ROSTOCHI
Curante JO. HALLERVORDIO.
M.DC.XXIII.

An Clarissimos & excellentissimos

VIROS

PRÆFECTURÆ

VEMENDIANÆ

PRÆCONES

devotissimos,

Amicos meos & Fautores singulares.

IN more positum fuit omni tempore, viri præstãtissimi, præcipua quæque ab autoribus seligere atque segregare, ut ita quiquid eximium in magnis operibus hinc & inde sparsum liceat in paucissimis habere chartis atque eo levius

ad usum nostrum atque comn
dum referre: quod in Seneca p
sumus videre dum inquit: *Non*
quod exigas repetita & excerp
cõtinuum apud nostros, quidq
apud alios excerpitur. Ubi co
siderare est etiam illo ævo inole
se hunc morem & flores hos sa
entiæ undique excerptos nec lau
sua spoliatos qui ad hanc rem a
mum appulerunt. Atque ut
teres omittam nostra hac æt
multi devorarunt hanc molesti
& laudem non exiguam conse
ti sunt lumina & ornamenta h
orationis seligendo, inter quos D
ni nostri non postremi, nam ne
nem ignorare arbitror Matth: P
sium è Saxone Grammatico s
tentias magna industria collegis

D

Dybuadium à Seneca, Cragium à principe illo Historicorum Livio, & plures non addam; Quos ego secutus Gnomas & similitudines à C. V. Bertili Canuti Epistolis Selegi non omnes quidem sed quæ videbantur usum aliquem habere. Multos fore non dubito qui improbabunt quod in novo scriptore hoc vellem præstare, Ab iis ego quæram an bonum vinum ideo vellent damnare quod novum esset & an non credant tam bonas fruges esse, quæ hoc anno creverunt, quam quos ante plures annos habuimus. Turpe profecto est ut non minus erudite quam eleganter scribit E. Puteanus, *negligere atq; etiam contemnere proxima contra loco & ætate longin-*

qua admirari, quo morbo ſane multi nunc laborant nec ullum opus quamvis maxime mereatur legi & laudari volunt quamdiu author in vivis eſt. Ego contra ſentio & quam certisſime habeo mihi perſuaſum nullam ætatem nullumque ævum majora ingenia habuiſſe quam hoc noſtrum nec ſcriptum quidquam tam ſapienter aut erudite apud antiquos cui par non demus ab hoc Seculo, Quod cui poteſt esſe dubium vel obſcurum, ſi utrumque Scaligerum Caſaubonum, Puteanum aliosque innumeros conſideramus, qui veteres multos non modo æquant ſed etjam longo poſt ſe relinquunt intervallo. Aut ſi palma omnino veteribus tribuenda ſpero tamen non magis mihi vitio verti ſententias

has

...as Selegisse atque evulgasse quam ...s qui in Lipsio Comineo aliisque ...ujus temporis scriptoribus eandem operam locarunt, quin gratiam me apud omnes candidos & probos inventurum nullus dubito. Cogitanti autem mihi hujus rei editionem in animum venerunt meum multa & innumera beneficia quæ in me cumulastis, quã diu provinciæ vestræ membrum fui. Ut itaq; gratia animi signum aliquod apud vos relinquerem ipse nunc abiturus volui vobis hunc meum qualemcumq; laborem dedicare atque consecrare, quando aliud quod vobis donem nunc non habeo. Vosque etiam atq; etiam oro & obtestor velitis hæc parva boni nunc consulere & me semper in amore vestro conservare, donec

olim, cum portum aliquem De[illegible]
clementi manu dederit, majo[illegible]
nominibus veſtris licet inſcribe[illegible]
Deum oro vos quam diutiſſim[illegible]
ſervare incolumes abſq; omni in-
fortunio & animi corporiſq; detri-
mento clementer cuſtodire in ve-
ſtrum & Reipublicæ ſacræ bonum
dabam Esboæ Kalendis Decembri-
bus 1622.

V. T.

Chriſtianus Veværus
Portuenſis.

GNOMÆ

GNOMÆ

NON OMNES SED UTILIORES QUÆ IN

CENT. CANUT. SPARSÆ C. à C. V. P.

Adversa in hanc vitam sta-ta & crebra.

UBIQ; SE INFUNDUNT QUÆ MErito nollemus, nec terra aut gens erit, quæ omnia dabit ad nostra vota. Cent. 3. Epist. 92.

Nulla tam felix vita, in quam hæc talia non immixta, interfundant se ista donec nos illam effundimus, & adsint, quæ

---- vitæ rationes vertere possunt
Fortunasq; tuas omnes turbare dolere.

Ad quæ quid dicamus? ferre debemus hæc non mutanda nisi illi, qui immisit. Is

me teque restituat, & quæ ex salute videt donet. Cent. 4.E.91.

In vita hac adjunctum dolere & angi in omne forte, hilaria agere & læta cum ab ea evasimus. Cent. 5 Epist 65.

Ubiq; aliquid quod displicet, ubique multa infusa non ad optatum, tædia & molestias suas vitæ omne genus habet & inscitia nostra aut insania nunquam juditiis aut cupitis quiescere, præsentia spernere, in absentia anhelare & vitam semper inter desideria habere & vitam semper inter desideria habere fluctuantem. Cent. 3. Ep. 83.

In commodum nostrum est habere hæc non jucunda, & admoneri interdum fragilis nostræ sortis. Cent. 5. Ep. 39.

Adversa jucundis quibusdam mixta.

DEus læta è tristibus sæpe nectit & ligat, ac lætitia temperat vitæ hæc amara. Cent. 1. Epist. 16.

Stata hæc in humanum genus & solennia. Qui in nos misit, auferat cum volet

volet, optata iterum & sperata reddat tî salutare. Tu ad ea quid facias? feras sperans ad salutē tuam hæc fieri, licet nō ad optatu, qui nubila illa induxit, idē pellat & in serenitatem te dabit: Cent. 2. Ep. 16.

DEus hæc tristia à nobis vertat, cum nos ad eum vertimus pœnitentiâ & pietate. Cent. 5. Ep. 33.

In Adversis quid faciendum.

Fato te apta & quietum ac in interiore animo placidum gere in omni sorte. Decet magnam indolem & si non bene bono tamen animo esse. Cent. 2.

Mentem tolle atq; robora in omnem fortunam, qui vitæ hoc mare, ut sic scribam, intrare incipit. Aliquid in ludis aut lætis fluxit? æternum hoc non speres. Sponde magis & scito multa turbida & inamœna eventura, sed quæ tamen jucundis & speratis quibusdam æternus ille rex solet temperare. Utraque cum modo ferenda ad magna & recta aspiranti: illa spes aliqua hæc metus percurrat, quia nihil

nihil sic tam firmum, quod non vicibus suis alternatur. Cent. 3. Ep. 34.

A Deo hæc aliaque immittuntur nobis corrigendis & admonendis fragilis nostræ sortis. Tollit etiam & sistit si nos ad eum tollimus pœnitentia & devotione. Nævos sistimus quos ivimus & imus sparsum. Quod utinam, & nobis per nos liceat in cœlum mentem oculosque attollere, eo verba vocesq; ferre. Nam ut Telephus ille apud Homerum ab Achille læsus oraculo jubente ab eodem remedium petiit. Ita nos debemus, in istis aliisque abversis, levamen ab eo postulare, qui immisit. Quod abire non potest nisi nostro bono, aut si ante non sit æternæ saluti. Cent. 3. Ep. 83.

Spes non sit ad alta ad læta, tu ne cogita, antequam ad læta veniamus & æterna. Ergo alia cogitemus. Quæ? animum, cœlum in id aspiremus, ibi, quæ optamus, erunt, quando hic non est sperare.

Res extra & intra labitur & ruit Fasta cum bona fortuna à nobis abit. Quid tamen est? tolleranda sunt fortibus &

con-

constantibus animis Cœli Duci & fato sic visa.

Multa in hac vita adversa! feremus. Quia DEus est qui huc fundit & sistat ac avertat cum nos talium causas, quæ utinam aliquando abeant ac ad pietatem se quisq; ferct & aspiret. Cent. 2.

Nos adversa vix nisi ut ludi tangant qui scimus in superis iis ante conclusum, quid in terrenis his rebus regnisque fiat. Cent. 3.

Discamus cavere & metuere non metuenda, magis excipere & ferre infracto vultu cum contigerunt. ib:

Adversa quomodo ferenda.

Fer ista forti mente & ut virum decet. Ignavi animi ad omnem tristitiæ nubem jacent, tu ostende robur in te esse & pectus. Cent. 5. Ep. 2.

Ferenda hæc aliaq; sunt & vel graviora expectanda, non nova nobis aut insolita sæpe & diu jam experti. Obfirmare animum debemus, ad ista & inter eos esse,

ſe, quos ratio & ſapientia firmavit. Cent. 5. Ep. 20.

Multa turbant hic & triſtant, nec jace tamen & deſpera, quod magnus vates ait. *Grata superveniet quæ non ſperabitur hora* que ad ſperata feret & votiva. Cent. 5. Ep. 22.

Hæc ſunt illa contra quæ pietas nos munivit, quæ hoc ſaltim nobis conferat, ut impreſſa conſtantia aliqua huic menti & adverſus graviora robur. Cent. 5. Epiſtola 32.

Lætos plures dies habemus & annos, cur ad triſtes paucas horas aut ſeptimanas jaceremus? corpore hoc licet, animum non ſinamus, & ratione ac ſapientia firmemus. *Ita comparatum eſt in ætate hominum, ita Diis placitum voluptati ut mœror comes conſequatur.* Ait quidam. Quid miremur valde aut indignemur? Fuit hic ſemper fatorum curſus, ſemper erit. Cent. 5. Epiſtol. 38.

Authores qui legendi.

In inamœnos saltus & dumos vepresque non imus, si in jucundos campos & vireta possumus; ita cum animum lectione pascimus, non ad asperos illos & duros, sed excitatos, lenes, plenos dulcedinis & suavitatis nos mittimus. Centuria. 2.

Animus inprimis ornandus.

In animo aliquid, quod magnum sit, nec minus opinione eorum, qui favent, & si quid sumus introrsum simus, ibi decor aliquis circumfundatur & nobis adsit in gestu, vita, verbis nihil splendidum aut ad superbiam & mores hujus ævi. Cent. 2. Ep. 1.

Calumnia.

Ad ævum hoc si oculos flecto? petulantiæ & injuriæ plenum. Ad judicia obliqua ea sæpe & iniqua, quid provocet valde aut invitet ad decurrendum famæ hunc campum, nam temperes & te sedabis ut vis non effugies morsum. Cent.

Calu-

Calumnia spernenda.

Spernere hæc jacta melius, quam repellere, & à sequente ævo sedati magis, quam acris animi judicari. Etsi hæc ad id non manent. Omnium temporum fortuna ostendit hæc non diurnare, neq; qui scribunt in famâ esse. Evanescunt ut fumi, neque aliud ista sunt. Centur. 1. Ep. 9.

Ad famosa & splendida non utilia aut profutura se vertere in morem pœna vertit. Aliorum famam minuere & secare per obtrectatiunculas auctum suam ire solemne & propè dicam cōcessum. Nam vide qui nunc scribunt, ubi non calumniæ & invidentiæ, etiam cum locus non videbatur, signa & notæ inspersæ. Cent. 3. Ep. 13.

Usu & ætate discimus spreta & rejecta cito concidere nomen & vitam sumere à responso & oppositione. Quam multi olim in magnos viros injurii, etiam supra quam nunc fit, famam tangebant ac secabant. Nunc ostende vel chartam?

non

non invenies. Corruunt ſtatim & diu-
turna non ſunt nedum longæva. Cent. 5.
Ep. 84.

Adverſa hæc judicia aut iniqua, te non pellant, vix interpellant. Cent. 5. Ep. 34.

Laudabilia habere pro ſcopo hoc decet, & magna proponere ac tentare: eventum fatis permittere & ferre ſi quid præter ſpem evenit. Cent. 5. Ep. 42.

Calumnia vicinos petit.

Pauci adplauſum habuerunt vivi, nec ſcriptum adhuc vix ſcribatur, quod plenum favorem trahit, ſi in oculis eſt qui edit. Ubi nunc non in more ſpernere aut convitiari propinqua, contra loco aut ævo remota admirari. Cent. 3.

Conſtantia.

Alibi molles ſimus, in iis quæ ad Deum ſicut Adamas. In quâ ſententiâ conſta & ſpera quod à qua parte æquitas ſtat, victoria etiam ſtabit. Cent. 1. Ep. 3.

Alia fortuna demat aut mutet, Constantia, studia, virtus maneant, quæ tecum feras.

Ad tacitas sedes & longa silentia lethi. Cent.1. Ep.4.

Quocunq; in loco quocunq; casu

Duc me parens celsiq; dominator poli.
Quocunq; lubitum nulla parendi est mora.

In aliis ut possumus, hic fortes sumus & vel ad gigantes. Cent.1.Ep.60.

Mirum multos sic ludere & jocari in serio eo & severo salutis negotio. Quid nos? in cœlum aspiciamus eo aspiremus in hac lue grassantium errorum. Sed & animum obfirmemus contra ista, In aliis molles simus in iis quæ ad pietatem.

ὤσει κέρας ἠὲ σίδηρον.

Cent.1.Ep.63.

Contemtus rerum humanarum.

Sapiens in parvis etiam quiescat opibus

pibus non inhiet aut magnas optet, aliâ arte facilè quærendas, si quis ad eas eat, atqui spernat & rideat & multa quæ hic vulgus in prætio habet. Cent.5. Ep.18.

Suus cuiq; sensus optatumq;: tu quieta ista ama, modesta, remota ab ambitu & à curis, nec ad ea te dona aut eos, qui hæc non donent. Vel sic non indecorè vivas aut morieris, cum id erit, literis hîc cum fide & fructu tractatis. Cent. 5. Ep.19.

Ad alia te volunt ire & magna altaq; vitæ? resiste & te compone; in quiete propone & Musæo otio fallere quidquid restat vitæ, magnis altisq; te non miscere & latere potius in tua plebe. Cent. 5. Ep 41.

Demissio.

Ad Sublimia aspira, summa cogita sed non in fastum & jactantiam, absit. Nulla res plura ingenia in cursu retinuit, quam æstimium & amor sui. Decus juventutis demissio, fundamentum veræ laudis & famæ. Omnes celsius de te, quam tu judicent & humilia tibi videantur quæ

attigisti, ut sublimiora, semper posis, & gradus tibi sint ad altiora, non meta. Vix enim doctrinæ culmen superabit, qui superasse se jam putat. Cent.1. Ep.3.

Ad blandientium sermonum has auras vela non extende. In modestia & demissione maveamus, nec loquamur de nobis aut sentiamus, nisi cum parvis & spretis. Cent. 5. Ep 23.

Laudes non in aures admittas nedum animum, aut assensum tuum dones Cent.5. Ep 26.

Profusus in alios, temperans & parcus in te eris. Cent.1 Ep.94.

Semper promovisse vos sperate, non pervenisse, limen sapientiæ libasse, non penetrasse aliter non curru ullo perventuri aut cursu ad verum virtutis & doctrinæ solium. Cent.2.

Degeneratio hujus ævi.

Non est vetus ille candor & virtus multorum, non amor & honos ingeniorum qui fuit, lactantia in plerisq; est & despectus & stolidi quidam & elati mores

qui

m à priscis illis valde demutarunt. Cent.1. Ep 44.

Recta & proba à nobis abeunt. Falsus jactantia addam & inscitia succedunt. Quid nos? illa amabimus & asseramus. Ista fugiamus & extincta aut mutata velimus, nec à virtute flectamus etiamsi à nobis omnia læta. Hæc alia mœsto sed constanti animo videamus & omnem cum non possimus ferre à Deo optemus. Tollenda ad eum non suspiria tantum, sed vota & ipse animus aptandus: ut feramus non coacti nec aversi quæ emendare non possumus, meliora non restabunt, nisi cum ad meliora & æterna illa loca dabitur venire. Cent.1. Ep.94.

Dissimulatio.

Bonis notisq; potes debesq; te ostendere, Apud alios dissimula & tege, & hilarem lætumq; exhibe, ubi non sis. Cent.5 Ep 20.

In Dolore quid faciendum.

Ab hac terra cogitationes sejunge &

ad illam beatam, avoca ab his fluctibus ad illa constantia & perennia, & pelle hæc circumfusa luctuum & pallentium curarum. Cent.2. Ep.

Amissa quomodo Dolenda.

Tu curam eam pone cum qua nihil lucrare, mentem ad alia mitte & Deum inprimè, qui aliâ viâ refundat, si quid sit amissum. Cent.5. Ep.40.

In animum ne redeant ultra, quæ nunquam re ipsa reducenda. ib.

Dolere possumus & debemus, etiam qui in aliquâ sapientia & animi cultu, sed cum impetu, ille se fregit, ratione pellere debemus mæroris omnes nubes. Cent. 5. Ep.75.

Famæ non inhiandum.

Cum seculum & vota videmus ac quibus rebus studiisq; pretiumnunc fit, reniti ferè incipiamus atq; etiam sapere incipiamus; id est, famæ hoc æquor ultra non navi-

navigare, inter ignotos abjectosq; porr quærere aut intrare ab hac luce. Cent.

Famæ se permittere ac aptare studium aliis sit. Nobis littus legere in voto & portum hunc tandem intrare quietis, ipse famæ Deus suadeat si adsit, sapere omnes velim voveamq; ostendere & aperire non invideam tantum sed odium haber. Cent.

Non placeat illud Neronis nescire literas, nam ille in publicis privatisq; malis levamentum, placeat non sciri de iis & taceri ubiq; & latere. Ut quid enim? famæ id decorum quod quærimus, cui inhiamus, quousq; se dilatat? Aliquid de Virgilio hodie aut Catullo: id ipsum variè inter encomia & culpas. Sed quam longũ est, vix mille sexcenti anni aut paulo ultra. Ut longissime respicias, ad eos qui primi in nomen venerunt Musæum aut Linum. Famam non vindicant aut retinent à bis mille nongentis annis. At quantum hoc est; quadragesima aut quinquagesima stirpe potui eos attingere & vide quid annosum aut longævum putamus. Vela ponamus & submittamus, lit-

tus legamus aut intremus à famæ hoc æquore; hoc est bonorum ingeniorum Syrte. In. præfat.

Latere & nesciri inter tuos hoc profer, & habeant hæc splendida, qui possunt, dummodo tu merearis. Cent. 5. Ep.34.

Famæ decorum.

Quicquid licet tibi certum conferre ad verum hunc animi cultum, ut bonus magis quam ut magnus evadas, famam potius altam quam fortunam relinquas. Cent.5. Ep.

Famæ Vanitas.

Famam à doctrina multi habemus magis quam ipsam & tincti perfusiq; leviter putamus ad fundum infimumq; devenisse. In Cent. Præf.

Ad famam aspirare crebrum nunc & solenne nec Aufonii densius ad Lauretana sacra eunt, quàm nostri nunc ad hanc Divam. In præf.

Festinata.

Gratiam ab ipsa celeritate multa trahunt quam intentio ipsa non daret. Cent. 5.

Festinata raro perfecta.

Certum quod nihil esse festinatum simul & perfectum potest, & plausum gratiamq; plerumq; posteritates amittere, quæ a celeritate eam sperant. In præf.

Imbecillitas humana.

Quid sumus qui etiam surgere aliquid videmur & nos tollere? quod habemus melioris illius auræ admixtam habet suam fecem.

Scio proprium nobis esse ut immortalibus nunquam labi.

Ingenia non cogenda.

——— trabit sua quemq; voluptas.

Ait verè Poeta, nec cogi ingenia debent aut alio impelli, quam quò ipsa mens præit ac optat, modo ad utilia & honesta. Cent.5. Ep 8.

Ingenia vivida.

Ingenia latè se mittunt quæ alta, & in omnes res vicesq; se fundunt, quia honorem ubiq; sperant si excellant, non liget facile aut arctes in variis rebus scriptisq; olim & nunc se ostendunt cum venia semper sæpe cum laude. In præf.

Inconstantiæ fructus.

Placidi beatiq; sero erunt, qui cupidinem ad omnia mittunt & tanguntur semper desiderii novis ventis.

Iuventus docilis.

AEtas ea ad omnia sequax, quidquid jam infundis tenet, & diffundet olim ad tuam & patriæ laudem, quidquid jam videt, arripit, servat: nisi jam sementem

jacias ſapientiæ & doctrinæ, meſſem fruſtra expectes.

Juventus inſtituenda.

Scriptis dictisq; ſemper tentamus meliorem & cultiorem reddere juventutem dirigere, inſtituere, ducere nunquam tædeat & qui ad ſapientiam & virtutem eunt, formare ad eam & concinnare.

Ignavia.

A deſidia & ignavia nunquam nimis vos revoco, illæ remoræ omnis eruditionis & impedimentum & niſi aditum iſtis claudatis doctrina nuuquam intrabit aut cultus.

Invidia.

Ab omni ævo id fuit ut mirer non ante te deſitum iter id omne ſcriptionū Prodi magne Atiſtoteles in Scholis Lyceiſq; aliquandiu regnum hoc tene, à Ramo aliquo (ut longius non flectam) deiiciende aut moleſtande. Tu miraculum ingeniorum

rum Homere oculos animosq; diu trahe & mundum sapientiæ illo liquore inunda. Aristophanes aliquis mox maculam inuret in genti illi gloriæ & immerite obfuscat. Tu plene spirituum Tullii ingenii linguæq; hæc dona feliciter da & demitte *à tuorum hominibus temporum incescende pro tumidiore, & Asiano & redundante, & in repetitionibus nimio, & in salibus aliquando frigido & in compositione fracto & viro pene molliore.* Adeo qui eminere in re aliqua tentarunt (non enim scribam qui eminent) mox inundavit & perculit invidentiæ illæ fluctus. In præf.

Magnam quamq; gloriam hæc talia necessario comitaretur ut fumus ignem. Ibid.

Favoris aurum qui undiq; velit aspirare, nullam sentiet, nec ulli contigit aut contingat, miscebunt se ab invidia & odio illi venti; vide priscos? invenies, hodie nostros? Idem. in præf.

Famam

Famam suam qui auctum ibit, si cum omnium gratia aut venia sperat, errat, nemo altus aut humilis fecit aut faciet; qui ad judicia se permittit, iniqua etiam exspectet, & cum in lancem mittit, satis si meliora devergant. ib.

Nunquam tam laboratum aliquod scriptum est quod non subjectum parti alicui livoris & bene cum non plures carpant aut damnant, etiam optima aut quæ ad ea proximè accedunt calcata nunc nobis, magis si in oculis est & notus qui scribit, nam apud longinquos & exteros famam sæpe habemus, quam nostri non donent, innatum nobis fastidire præsentia, amare aut velle quæ non possunt haberi.

Laudant te? fac gaudentem. Notant? non curantem, Omnes qui surgere & se tollere voluerunt adflavit invidia illa aura vide præsentes? observes, qui fuerunt? idem. Cent.2.

Laudes quomodo accepta[n]dæ.

Laudum illa aura nos non tangat aut tol-

tollat, à magnis tamen truncus sit quen non levet & exciter. In elationem & fa stum? absit. Sed constantiam in hac vi & robur.

Encomia grata sint non tamen acce ptanda & qui nos novimus, in altum de nobis sensum non veniamus. Fructum ta mē nobis vel sic imputemus. Quē anima ri & attolli ac quod in elephantis dicun dicunt laude hac & hortatu fortius im- pelli ad metam. Cent, 3.

Laboris patientia.

Nullus tam desperatus labor sit, qui nos frangat aut fatigat certos quod

Lætius est quoties magno sibi constat honestum.

Nam quæ non molestiam, magnam neq; laudem habent. Cent. 2.

Judicium pravum.

Miscent se ita dividuntq; inclinatio- nes, nec aliquid tam probum, quod ubiq; favorem trahat secum. Sæpe optima in- veniant iniquas censuras & bene si beni- gnæ intercurrunt. in præf.

Non feliciter (censendi) hoc munus obimus, si amor se misceat & affectus, qui præterit etiam non proba aut excusat. Cent.4. Ep.68.

Qui famam tuam auctum ibis, si cum omnium laude & gustu voles aberrabis, nemo par nemo major fecit aut faciat. Cent.2.

Judicium rectum.

Prima inspectio solet avetq; imponere, illa annos ferant, quæ iterum sub oculos missa se probabunt. Cent.1.

Primus intuitus solet potestq; fallere illa famam habebunt quæ iterum lecta arridebunt. Cent.1.

In Judiciis in nos pronis quomodo afficiamur.

In Juditio honesto brevi lætitia licet perfundi, sed perfundi, nam in pectus laudes non mergamus aut sinamus adhærere in longum modestia revocante & abruente.

Litterarum laus æterna.

Honores opes & quidquid horum fu
oriuntur deceduntq; nobiscum, creb
ingratis ignotisq; relinquenda. Inter
illa & quæ hanc mentem pectusq; orna
perpetua sunt & nos faciunt, certe lo
gævos & non nisi cum ipso mundo ad o
livionem meramq; venturos. In præf.

Monumenta reliqua memoriæq; n
tas suas adeoq; mortes habent, quo c
venerunt consistunt & cadunt, ab in
niis literisq; laus.

Hæc sola manet bustoq; superstes
Evolat, hæc structos effugit una r
gos nullo ævo aut orbe spreta. In præf.

Reliqua veniunt & abeunt nobiscu
diuturna non sunt, nec nos faciunt; fa
tantum vera literis Musisq; acquiri pot
& cultus æternus largo hic cultu Cent
Ep.3.

Ne famam aut honorem alium æs
ma quam qui sit æternus, talis autem e
qui à literis venit, reliqua ad morte
non durant nedum post eam quod hi
acquiris.

Ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον ἀεί.

Cent. 1. Ep. 2.

Fama quæ à divitiis, luxu, splendore venit: abit, ista una, & in ætatem aliquando manent non in ævum. Sola illa perennant, & nos faciunt quæ à literis quærimus. Cent. 1. Ep. 4.

Reliqua post mortem nostra non sunt, alii ad se trahunt; talia nulli à nobis, quæ æterna sunt aut certè diuturna & nos faciunt. Cent. 1 Ep. 56.

Reliqua brevis spacii sunt & ævi. Doctrina sapientia & quæ illam sequitur fama, etsi non semper, diu tamen durant & ut minimum dicam post nos ætatem; Diuturni non sumus aut longæ vitæ, hac via semper supersumus si in libris scriptisq; recte nos ponim9, quod non possũt nisi qui ætatem huc ponant, nec ex annis tuis præter memoriam habebis cum impleveisti & si quod opus mentis ingeniiq; reliquisti.

Fortunæ bona alto animo contemnas ut ingenium habeas, qui scis in illis nulla fide nulla firma & æterna in istis esse. Cent. 2.

Nos splendor, æstimium, dignita non valde tangant, juvent & commove ant literæ quæ solæ felicitatem donant, s quæ in hac vita. ib.

Alia nobiscum abeunt & senescunt Doctrina, prudentia & ex ea honor consi stunt, & non tantum diuturna sed æterna sunt. Cent.2.

Ex perituris his & quæ nostra non e runt, nisi dum nos in vili hac terra erimus quod satis est habemus, ad alia illa ac æ terna aspiremus, & quæ ad hæredes non veniant, cætera fumi, ineptiæ campæ, & alios capiant non nos. Cent.3. Ep.10.

Nos literarum ac sapientiæ studium & trahat & teneat, quod judicia nobis & decreta formet, quod mores quod vitam, ad hanc aliamq; tranquillitatem compo nat ad præmium aliud nec anhelantes nec optantes. Cent.3. Ep.11.

Pauci ad literas eunt recto cursu, qui faciunt tingere se iis sat habent imbuere spernunt ut inutile quod nunquam vi bene cedere & in Musarum splendorem

Deus

Deus hoc mutet aut in melius ferat si salutare. Cent.3.Ep.12.

Parum præter undas fluctusq; habet hæc vita semper in spe aut metu simus & huc illucq; rapient varii à cupidine ab ambitione à fastu venti, firmat valde si navis hæc nostra his monitis nixa, his nixa, quæ literæ crebro & utiliter spargunt. Cent.3. Ep.31.

Tibi apta, in iis prudentiam, in iis sapientiam in iis animo huic robur quære, ibi deniq; ut probus, ut pius sis, nam si hunc finem non habemus abi studium hoc omne literarum, infelix & sine fructu vitæ quæ scopum tantum habet scire & sciri. Multi docti mali fuerunt, quos miseros si æmulamur. Sit nobis piè placideq; degere cum submisione & probitate mare hoc navigare sæpe inquietum & commotum, sit ab ista miseria ad perennia & futura læta venire. ib.

Sapientiam & doctrinam ama ac famam inde relinquere. Nam divitiæ opes & quidquid vulgus hic æstimat.

Intereunt, hac sola manet bustoq; superstes
Evolat,

& ad posteros venturosq; manet ac in longum ævuum, si non omne, certe fine non habebit, si in virtute fundata, antequam iste mundus. Cent.5.Ep.23

Discere in animo sit & cupida mente, ut non satis unquam hoc possumus & tu à quovis opta modo bona, Cent.5. Ep.30.

Musæa hæc vita si me audis & literarum cum commodo tuo cum fama reducat, ei quies, ei decus comes, ei interna & externa tranquillitas & quidquid voles aut voves. Nam ad vana illa bona & & extra splendentia non eas ac animum mittas. Alii ad quævis fastidiūt & merguntur semper in cupidinum novis undis, tu navim tuam jam liga in portu & divitias quære quæ etiam post mortem tuæ erunt & cum hic non erimus, Cent. 2.Et.33

Quidquid vita hæc permittet tibi firmum vertere ad hanc meliorem mentem & quod in te est litteras doctrinasq; ire adjutum & ornatum. Cent. Ep.34.

Litterarum Fructus.

Vet

Ver hoc ætatis & ingenii florem habo & famæ debemus hunc animum virtuti. In terra illa felicitas in æterna beatitudo huc vocant. Non quin extra hoc genus eo etiam veniatur (non inficior nec si deliro) sed quia plures in alia via ad vitia occasiones à virtute & (quod caput est) pietate impedimenta & abductiones. Mihi in mundo jam gnaro hoc credite. Ut quid in externis hæreatis? scite neminem ab his miserum aut felicem esse. Nec tamen literata hæc vita honoris aut dignitatis expers est habet omnia, quæ quis sperat aut optet delicias, divitias & multa quæ alibi frustra quæremus. Si qui tamen talia optent & me svasore non optetis. Si à se affluant assummite, finis ille non sit, sed Deo & patriæ vos impendere, in id jam præparate & in felicitate & quiete collocare inter istas fortunæ procellas ut in Halcyoniis & malaciâ, sub initia aliqua asperitudo se offerat, cum asyevistis & ad medullam vos penetrastis, nectar invenietis & nepente ac Omnia non modo levia sed jucunda. Cent. 2.

AEvum in quo sumus turbidum est & omnia in abscessu & declinatione non est tranquillitas, quies, integritas quæ fuit, mihi crede, expedit ut tempora nunc sunt Aoniis aquis (ut cum poeta hoc dicam) non tingi tantum sed imbui & tu velmergi velis. Nam inde robur & constantia in asperis, fælicitas & splendor in lætis, ad utramq; autem fortunam te formes & si te literæ, neq; secunda supplantent, neq; tristia deiiciant & utraq; sic discas eum modo ferre. Cent. 1. Ep. 8.4.

Illæ tibi famam, illæ laudem illæ honorem donent etsi tu ista me suasore scopum non habeas nec alia in rebus terrenis his inferes sunt quæ magis ad felicitatem quietem tranquillitatem ferant quæ animo nostro optamus. Cent. 2.

Hic invenire est quæ quis optet aut volet nec tam optatum aliquod bonum est ad quod studia non ferant si recte tractata & cum fide.

Ad atta & honores aspiratis? nil melius ad ea ducat aut dabit priscos videte aut hodie nostros? dicetis, & multa etiam ab imâ

imâ plebe inter proceres se potuisse inter heroes literis adjutos & libris. ib.

In fructum omne tempus cedat & literis virtutibusq; detur. Nam eæ solæ ad vitæ genus sacrum & salutare, solæ ad equestrem & seculi dignitatem ducunt & in iis succi, medelæ, odores quibus ingenuum omne delectamentum in mentes inditur, quibus magnanimitas & fortitudo in omnes sortes. Ad constantiam & prudentiam momentum adferunt & ad robur animi quo in hac vita lubrica egemus. Si tamen non suaptæ aut gustatæ eæ leviter, sed admissæ toto sinu inclusæ fideli mente. Cent.2.Ep.30.

Litterarum odium & contemptus.

Rerum in aliqua altitudine & fortuna censeri velle à Doctrina studiis virtute & raro ad interna & vere illa bona se vertunt cum externa adsunt & circum illos splendent. Cent.Ep,32.

Spretum & paucis magnum nomen hoc omne doctrinarum, ad ultimas ignorantiæ metas imus, & in laude nunc fere ponimus nescire. Cent.Ep.49.

Iacent nunc fere literæ, & qui eas t
ctant aut non alte se tollunt hoc mul
vetat se immittere & huc ire, se Ora
lum hoc habere, surgant, ad summa v
niant & secum trahant, si qui nunc se
jungunt. Cent. 2.

Ad musas imus alieno ab iis æ
pauci has in magnis non dicam ama
sed ferunt, plures non dolerent extinct
etsi hoc nō demoveant ad æterna eunt

Studia in vili jam sunt in contemp
qui tractamus nullo loco aut laude n
quam dolor sit ferre; & fere nunc plac
id Neronis nescire literas. Cent 1.

Nullas rei minor quam artibus i
geniisq; honor, sed apud hunc vulgu
nos non deiiciat aut ad alia porro mitt
simus in litteratis militiæ sacræ cast
Deo & musis dicati & crescat earum c
tus cum ipsis annis nec transfugæ unq
ad remissiones ullas aut vana cam
Cent. 2. Ep. 5.

Animus sit, ejus ingeniiq; dotib
ornamentisq; magis quam fortunæ en
nere quia ista vana levia, nihili, sola i
firma & æterna, ib.

Im

Imus ad vana ad voluptuosa & quæ in oculis non animo splendent. Vera bona hoc est quæ mentem hanc tenent, quæ post nos nostra erunt ridentes & securi. Cent. 3. Ep. 95.

Livor.

Livor nullos relinquit intactum, cui proprium nubem semper inspergere magnæ cuiq; gloriæ. Cent. 3. Ep. 4.

Qui resistant & carpant sine exceptione habemus, qui paulum sumus in meliore famâ & ut in sole non sumus sine umbra sic nec illâ sine invidiæ aliquo fumo. Et si unquam hoc ævo livoris & audaciæ pleno & cum carceres ubiq; aperti ad lædendum. Cent. 3. Ep. 5.

Nihil gloriam secum quod non invidiam simul trahit, si in oculis est qui patrat. Nam in notos inspectosq; plerumq; nos vertimus in dissitos aut defunctos benigni. Multi quod in se non inveniunt, in aliis visum oderunt, & cum ipsi se attollere nequeunt alios nolunt factis cum remoras dare non possunt,

conantur linguis. Nam ut serpentes q
dam non visi lædunt, tale isti aspectu
non sustinent, in occulto fere detrecta
unculas has spargentes. Nec tam magn
aliquis unquam fuit qui non sic petit
Quis isto seculo (longius non te duco)
paulum se attollebat, qui liventes has li
guas non habuit. Et tu me teq; vis exs
tem? Ignotus ignavusq; mane eris. To
paulum & nomen famamq; sparge p
uno laudatore plures senties detrahēte
sed in breve tantum & benignior illa
ma fumos illos statim spargat ut sol n
bes. Cent.3. Ep.51.

Mors.

Ad quæ talia quid faciamus? feremu
fortes alacres ipsi secuturi in brevi & d
cessuri. Nam ut longissime hic simus (
quis optet?) tamen pauci anni supersur
& ducamur ad illos præmissos. Cent.
Ep.4.

Moveor ad ista magis quam mæreo. U
mores & seculum eunt non revocemu
præmissos lætitia magis est ut hæc sequa
tur ipso affectu inducente. Certe quos a
amc

memus, cur invidemus optime esse & in alta æternaq; luce. Cent. 1. Ep. 6.

Cur doleamus? si ad miserias istas oculos mittimus quæ in his terris obtinēt, si ad sperata illa & optanda, quæ cœlum donant & qui supra nos mundꝰ, ubi felitatis vera seges & sedes & quidquid beatitudo aut elegantia amant. Cent. Ep. 28.

Fatis & æternæ legi quis se opponit? in eadem via omnes pergimus qui boni sumus & ad eandem metam alii citius, alii serius absolvunt, eadem præmia manent, ubi pervenimus. Cent. Ep. 38.

Quid nos in hoc mundo afficiat jam gnaros ejus & scientes, umbram, nubem, ventum videmus esse non veram vitam & verè addam lacrimas metus, tumultus, inter ista teneri nos arrideat? videre, tangere quæ merito nollemꝰ? Abeamus, nos subducamus ab istis vinculis in apertam illam & veram patriam. Cent. 1. Ep. 54.

Omnium rerum suus aliquis orbis & ut sic dicam transitus est, etiam vitæ quæ aliàs alibi se finit & sistit. ib.

Qui dolorem ob mortuos non deserit, se deserit & nihil in eo habebit nisi suum incom-

commodum, Cogita, illud etiam parum læti esse in his terris in alto hoc erit, quo nos aliosq; altissimus ille cum tempus est ferat. Cent. 1. Ep 54.

. Securus vitæ & fati Deo te permitte & omnia potius quam hic animus relinquat.

Quis non libenter & pene dicam avide ab his terris tristibusq; iret. Vitam ut decet non eiiciamus, si abit, non teneamus, nec nostros, si quod fatum aut mors ante eo ducat.

Mors nec honori nec ætati parcit, deiicimur avellimur, cadimus denso agmine, quid in hoc vel illo doleamus? quid contra æternum cursum pugnemus, ab æterno sic fuit, sic erit. Fata terris ostendunt & subducũt, immittunt in hunc mundum & auferunt, animos sumemus ac robur & mentem sapientia firmemus. Cent Ep. 54.

Quid vita hæc est quam optamus in longum duci? adversitatum seges, malorum campus per quem ut maxime ex optato tibi vehatur currus tamen ad multa saxa allidit, multis vadis adhære-

ſcat neceſſe eſt. Quid lethum quod fugimus? aditus ad lætitiam gaudium & quidquid felicitas aut beatitudo amant. Cent. Ep.11.

Nubes & mœſtitia temporum impendet, ij ſoli beati quos ad beatas ſedes mittimus, non enim ejicimur ſed ad alia & meliora loca invitamur, felices qui cito perveniunt. Cent.1. Ep.90.

Quis non hæc infima, hæc terrea, hæc, ſed deſino, cum ſuperis illis & ſolidis permutet? excuſa, ut vis, aut prætexe, in vinculis ſumus dum ſic ſumus, ſolvat qui nos in ea miſit & in libertatem aſſerat, ut poſſit, lethum mittat ut eo velut vento perveniamus. Jucunda & ſperata omnia à nobis abeunt & nos cum iis cur nolemus? noſtros non permittamus. Decretum à Deo quomodo & quando nobis hoc fiat & ex uſu noſtro decretum. Quæ talia prudentiæ eſt ſcire, ſapientiæ ferre. Cent.1. Ep.90.

Quid lugemus? quicumq; ſumus, ubi ſumus eo imus & ut ævum jam eſt gaudere in abitu noſtrorum poſſumus, dolere vix debemus.

Adver-

Adversitates, lacrimæ, inconstantia rerum dense nos premunt aut cingunt & meliora non restabunt, quis sapiens optet inter ista non dicam immortalem sed longævum esse, aut suos diu sic videre?

Cogita ad quæ imus, quæ relinquimus, & optime non tantum benè nobis factū dices. Publice aut privatim quid lætitiæ est, turbæ turbis vexatiunculæ, cruces & quæ solent in desperato statu. Nec expectanda meliora. Nam ut virtutes videmus cursu & velut agmine facta à nobis vertere, vitia in cumulos tolli quis finē his adversis spōdeat aut speret. Religio pro ludo pro joco trahitur & ista sæpe ad quæstum aut lucellum itur. Pietas rixæ, pugnæ, disputatio facta. Literæ in cōtemptū in despectum eunt, qui optime eas tractant ad vanitatem ad superbiam vertunt, pompæ volunt non usui generis humani servire. Reliqui tingere se satis habent & primis labris gustare, mergi imbuiq; pro inutili est. Hac viâ artes & doctrinæ laudes tituliq; fiunt & satis est hunc præferre. Quæ dum videmus & intersumus quis non eligat abjungere ac de suis optet. Cent.3.E.19

Vide

Vide fata ordinem non servare, bene si non turbare; quibus optata nostra multos annos (si iis hoc pondus) darent, auferri: hic relinqui delinquētes aliquos & canos, Nec tu dole aut indignare, magis erige te & alta hæc specta cogitaq; de te meq; mox fieri posse quod intra annos aut longum aliquid debet. Nec optemus tardari hoc valde aut protolli. Ista ac humana omnia spernamus aut contemnamus non ad Timonis tamen, absit, sed Zenonis exemplum. Nam oculos paulum mihi attolle & per vasta hæc regionum mitte, quid usquam est quod invitat ad manendum? sperata aut jucunda vide? ruere fatearis non gradu sed cursu à nobis ire, virtutem? ubiq; præcipitat non labitur aut labat. Religo rixæ pugnæ fiunt & satis est hæc præferre. Pro hac ubiq; sermones sensusq; pro pietate nulli & nomen jam pene ignoramus ut credam neminem pium velle impio hoc seculo esse longævū aut de alio optare. Cent.3.Ep.31.

Quid istud est optimos quosq; nos relinquere, pravos, improbos, leves durare vel augeri? utinam mutationē ista nō dent & plagam (solet ista) olim trahunt secū. Sed queri

queri molitia est, tolleranda hæc fi
mente quæ constantes & mundi jam gi
ros decet. Soletur discidium tantum &
multos non annos futurum.

Nam quamdiu hic mundus id est e
lium nos habet dura longum (& quis
ptet) sed ut dures longissime quid nisi
ctoginta aut, quod nemo velit, centu
annos. Breve & leve est & si æternu
hoc respicis quo iterum juncti fruami
Quantum hoc autem, quo divisi à nol
sumus? quem luctum aut memoram m
reatur. Cent.3.Ep.54.

Inspice non dicam Scaniæ sed mun
confusum hunc statum, sunt curæ, su
cruces, erunt, calamitates publicæ & p
vatæ & nisi Deus faventi manu medeat
exitia regnorum & rerum. Quis i
ista lubens si insanis non est quos mitt
aut servet? Maneant quibus aliter no
licet exspectaturi eventum, alios suspi
is ne reducemus, imò gratulemur evoca
tis. Ibid.

Doles jaces? gratare si me audis, ca
tu, plausu prosequere eductum ab his t
stibus immissum in æterna illa Hilar
& l

& ludos, Nam revera ævum hoc sic turbulentum & triste uti nullum paulo magis erectæ mentis & ut sic scribam sublimis oblectet in perpetuis adversitatum nimbis & quæ nemo sustineat videre. Qua remediorum spe? nulla non mihi. Alia superveniant quæ turbent antequam alia spectent finem & adsummum non longe abesse videtur fatalis & formidabilis ille dies.

---------- Quo machina mundi
Ardeat & coeli moles operosa laboret:

Vt ex Ethnico poeta hoc dicam, itaq; an infaustus ille qui publica aut privata mala evadit & in hospitium ab omni vi ac varietate fortunæ liberum remotumtumq;. Natalem nostrum diem inspice? lacrimæ cum inchoant & vagitus. Reliquam vitam? suspiria & curæ opplent nec hora aut momentum, quod non inter spem metumq; suspensum, quod non timores gemitusq; dividunt & percurrunt. Iā Decretorius ille dies venit? inter dolores & lamenta mundum imus relictum inter ista quæ vita sit, & quis cum quietem fatum ostendat anteponat vela dare adversis tot ventis. Obnitamur si me audis,

hic detenti & constantia nos muniamus adversum non grata. Sed iidem Deum sequamur cum ad se vult ductum hilari pede imo aliis eo eamus, nostros non revocemus, imo non doleamus ob ablatos. Cent.3. Ep.39.

Non hoc mittat in timorem, non nos qui scimus relinquenda humana hæc semel esse, felices Beatosq; qui primo possunt. Cent.3. Ep.61.

Bene ei factum fateri debemus, & irascatur ille nobis, si sciat non facere. Nam quem vel leviter sanum juvet videre hæc tristia & in nullam partem jucunda, nunc hanc nunc illam plagam atteri, publicas privatasq; calamitates surgere & quæ nec lubet recensere. Inter ista grandeum, fieri allubescat, habere cottidie & degustare quæ quis odit? Cent. 3. Ep.75.

Tenue & insolidum hoc vitæ filum si rumpatur non solidum desiderium aut dolorem gignat. Magis quia tempora hæc non bona, nec læti aliquid aut firmi sperandum. Maneamus & duremus quos fatum hic adhuc permisit habituri nostram sortem,

fortem, præmissos voto ne revocemus, lætemur magis ob evocatos. Cent. 9 E. 97.

Morbus ducit ad nigram illam divam & tu brevi dicaris fuisse: Quod Deus volet, tu libens volensq; visas ad beata loca, qui scis nihil firmi aut æterni esse in his locis. Cent. 4. Ep. 5.

Mundum hunc stationem tenere licet, non licet portum. Cent. 4. Ep. 7.

Amisisti tuos? quid? sustinendum & gravius si fatum immittat ferendum. Deus enim, mi homo, Deus est qui transfert bonos ævo malo & ponit in beata illa luce. Cent. 4. Ep. 8.

Lex ea natis est scripta mori & obrogemus quantumvis & derogemus, non abrogabimus. Cent. 3 Ep.

Alios poterit te non

Ille timorum
Maximus urgebit lethi metus.

Lætus lubensq; excipias & jam expectes horam & exquiras, quæ ab his tenebris in lucem illam æternam inferat

Ostendunt sedes ubi fata quietas.

Nam hîc metus, timores, curæ, corporis atq; animi dolores, nec læti plenè unquam erimus, donec hic erimus. Cent. 4. Ep. 22.

Miserias protendi sibi vult, qui vitam, tutam libente animo hinc solve, quam fatum illud trahit ac eo ducit, Cent. 4. Ep. 23.

Parca tua vocat & vult te abjungere? cum Deus volet, ducat te non trahat vel præcurrentem. Cur non volens à terra abeas? & quid in ea detineat valde, in qua quæ non velles primas tenent virtutibus fere ejectis aut spectantibus lapsum. Vitia, fastus, despectus, literarum & contemptus in morem jam & pœnè scribam, laudem verterunt, videre illa diu quid invitet ad alia & recta euntem? Quandocumq; sit, tu mortem sine motu & metu exspecta. Cent. 4. Ep. 84.

Ad metam tendis aut pertingis? ne dole valde aut resiste, quis bonus desideret malo hoc ævo hic hærere aut suis hoc optet? & qui ad meliora illa nolit à tristibus his abjungi & adversis, quid non dicam devoti hominis, sed hominis habet, si in adultis est & qui mundum hunc jam

norunt.

norunt. Nam in adoleſcētia ſcis aliter eſſe, triſte divelli. In Ethnicis ſæpe hanc vitam pertæſi mittere magis erat ut vellēt, quam tenere aut retardare. Nos Chriſtiani cur avidi ejus valde ſimus & cupientes?

——— Omnes una manet nox
Et calcanda ſemel via lethi.

Quid refert valde aut turbet ſi paucos dies, menſes, annos citius aut ſerius. Cent 4. Ep.85.

In ſupero illo conſilio decretum quid tibi aut quando fiat.

——— Finis mortalibus inſtat
Nec devitari lethum poteſt

Nec dole nec ſi juvenis abeas & in flore adhuc ævi, nihil refert ſerius citiusq; bibendum hoc poculum, quando certo ſemel bibendum. Cent. 4. Ep.86.

Non trahat te lethum, cum id erit, ſed ducat nil reſiſtentem. Cent. 5. Ep. 3.

Duriores ſimus quam ut hominis abitus moveat vel flectat in ægrore eo tamē & impetu morbi quis non doleat aut liqueſcat? Mori iſtum aliumq; animum non penetret vix tangat, affligi hoc dolo-

rem provocet aut instillet in magna m
moderandum semper & sapientia tu
endum, utiq; qui humana hæc jam
meditamur & scimus nos non ad læta
votiva natos nō in his terris. Cent.5. E

Et quid diu hic delectet tristibus
noxium semper & dolor. Nam ista ce
nobis erunt, donec nos hoc tempore
pti nec fortuna est aut vita quæ non
net. Cent. 5. Ep. 56.

Animo impressum habeamus il
vetus Deum sequi nec nolle quæ ille
provide vult tam paternè. Pro Christ
na prope pietate est illud Euripidæum

—Τὰ θεῶν μελέδῃ μασ' ὅ[illegible] φρεν[illegible] ἔλθη
λύπας παρέσει.

Certe apud nos debet qui pii, quiq;
mus nihil sine ejus nutu aut voluntate
venire, nihilq; immittere nisi quod in
sum sit. Temperabimus itaq; dolorem
restinguamus, à conjunctione aliâ & i
aliâ eâ vita solatium sumamus, & qu
videre ibi iterum erit & frui æternu
Cent. 5. Ep. 72.

Nullo tuo bono ad tristia te dem
tas. Illa alacris, illa alta.

In cœlo cum Dis agat ævum.

Donec nos id etiam aſſumat. Quod erit fortè, ut tempora jam ſunt, antequam credimus antequam cogitamus nam quod verè ille.

οὐκ ἔϛι θνητῶν ὅϛις ἐξεπίϛαται
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Nec dolere valdè debemus, ſi etiam hodie abjungendum, niſi lætiora ſe offunderent in hoc mundo & magis conſtantia. Nam in incerto, in dubio, in vacillanti omnia noſtra & nos ſumus. Sortem tum demum certam habemus & manentem, quando illum portum. Cent. 5. Ep. 83.

Animum non mittas in dolorem. Nam revera de abitu noſtro parum eſt, dummodo ad meliora ſit, &

——— *Cœli ſtellantia templa receptent.*

quod nobis certum qui Chriſtiani. Nam male olim poeta

Τοῦ μὲν θανάτου οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
εἰ δὲ φρονοῦμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.

certè non ſi ad mœſta animum vertimus, quæ hic ſe ſpargunt velut communi lege; ſi ad læta, quæ in aliâ vitâ obvient ſtatim & occurrant nullo modo nullo fine.

Retrahere ab his tristibus alios deben
ipsi non nimium immergi. Cent. 5. E.

ὄδεὶς ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται σοφὸς

Et quid aliud istud est? mortalem fec
quod facturi omnes sumus, miseriis &
stibus relictis ad læta ivisse? vulgus d
ctè hæc ferat, nos altiores simus & ac
sapientiores.

Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι οἱ τὸ φαινόν
κλαίουσ'

Ait ille, & nos ne simus, ad alta & re
nati sumus etiam animum habeamus
rentem talium & tollerantem. Nam qu
est omnis hæc mors quam fugimus, qua
timemus? discessus ab infortuniis, à lab
ab iis, quæ nollemus, aditus ad ea, quæ
ptamus & via.

Solaq; quæ possit facere & servare beatum

Non jaceamus ad ista aut doleamus va
de, magis quod citò eodem venturi,
antequam credimus forte aut speramu
Diluamus iterum hæc tristia & læta i
spergamus ac nos misceamus. Cent.
Ep. 78.

Quis non velit ad aliam eam vita
non dicam volens sed libens ire sive
sc

ſortem noſtram aſpiciat ſive ævum hoc. Sortem? multa injucunda gravia, adverſa aſpergit & ut optime in ea cadat nugæ, ventus, fumus eſt præ aliâ rectà & verà vitâ & diem aliquem ſuavem ac lætum, plures amari & triſtes excipiunt & pellunt. Jam tempora ſi conſideras & ævum in quod venimus, ſic turbidum eſt & non pro veteri formâ ut neminem paulo majoris & ut ſic ſcribam, altioris animi afficiet. Vix abjectos & humiles eos delectat, aut ſuſtentat, in hoc virtutis & literarum contemptu, Qui abit, adverſa omnia poſt ſe relinquit,

Τὸ γὰρ θανεῖν κακῶν μέγιστον φάρμακον.

Felix qui inſtantia & impendentia mala effugit & in portum it ab his ventis & procellis tranquillum. Cent. 1. Ep. 92.

Quis cum Halcionia Deus oſtendit eligat jactari? fortes ſimus dum hic ſimus, obnitemur & conſtantia nos muniamus; ſed iidem ſequamur, & cum is ad ſe vocet, celeri pede imò alis eò eamus, noſtros non teneamus aut revocemus ablatos. Vivere ſuave nobis ſit, ſi Deo

visum, & si illi visum non insuave mori. Ibid.

Defunctos sæpe non vidisti tantum, sed deduxisti, in aliis tibi non injurium aut insolitum, nec in te erit. ib.

Triste aliis sit abire & abjungi, non tibi. Manere te Deus vult? adquiesce. Abire? item, alterum utrumcunq; te volente donet, qui scis semel tamen hoc poculum summendum & differri aliquantum posse non auferri cito aut sero sed omnes hic finis manet.

Ttiste id & amarum primo vultu videtur. Sed si quã reliquimus vitam quam recipimus cogites & quam hic inter imbecillos miseram illic inter felices felicem agamus, non cadat in nos luctus. Cent. 2. Ep. 10.

Longævi hic aliqui sunt nulli æterni, semel huc venimus iterum emigremus & præstat ad læta illa citò transire quam in his turbis diu tardari. ib.

Deo volente nascimur & disponente etiam moriemur. Feramus hanc legem & sequamur læti, lubentes, trahendi nihilominus & cogendi id magis quod sciamus

mus hæc omnia ad nostram salutem se vertere & propendere. ib.

Fatum quod viderit è re esse è salute immittat. Manere nos vult? velimus. Abire? non nollemus, ut quid enim lætum aversemur sic nempe asuevimus & didicimus à sociis sic à majoribus sic à malo vulgi more. Sed fallunt, non timendum nobis vovendum potius, quia meta ibi hujus inconstantiæ & initium melioris ævi, prompti placidiq; sequemur ad immotam illam legem. Cent. 2.

Expende casus & res humanas. Venimus in hunc mundum ut abeamus, nec possumus vitæ hujus finem & scopum (is est felicitas & discessus ad beatos) assequi priusquam hanc metam. Jam vidè mihi statum hunc & illum. Hic si optimè cedat lætitiæ quasdam spinas habemus illic liberam & velut in violis in rosis quietem. Pauci hic sine adversitate sunt nulli sine ejus metu, nec reges fortunam magis certam, quam servi habent exempla frustra adducam, ut multi in miseria vitam non traxerunt tantum sed effuderunt. Cent. 2. Ep. 86.

Ubi plures sensus nunc & dissensus quæ in re, quæ cœlum ac salutem tangit. Verbum aliquod à devota mente fugiat, quod non amant, qui harum partium nō sunt, subit statim ire & invidiæ magna flāma. Quæ res quos nō avertat à longiore decursu in sacrarum illum rerum campū, Quo pietas alioqui vota devotaq; mens Deo trahebat. Cent. 1.

In studiis fige pedem sed illis sacris, inde dispectus simul & despectus rerum humanarum. Omnia turbent aut moveant? In iis quies si qui se applicant, & magni animi qui se donant ad sapientiam illam solam æternam & magnam. C. 3. Epist. 12.

Nobis modestia placita & alibi pugnemus in iis quæ ad Deum compressis manibus (quod ille ait) stemus. Cent. 3. Ep. 44.

In re nulla magis variantes sententiæ & dissensiones, quam ibi nullæ debeant circa religionem & Deum. Verum pauci nunc amant, pauci audiant & nobis certum nunquam flectere ab eo & abire. Etsi sit qui volet, se inclinet curvetq; ut

ut visum, non effugiet hic morsum. Cent. 5. Ep. 44.

Ei studio honos, ei præmium non in ista tantum, sed ventura vita. Nam quicumq; sumus pietatem & virtutem amemus, si non facinus, malo sydere in hunc mundum missi, & cum moerore & metu eum relicturi. Cent. 5.

Vitia.

Vbi hominum confluges etiam vitiorum est optima in rem tuam lege, reliqua nec vide non deliba. Nam eorum copiam qui abducunt & fallunt etiam beata quævis civitas donet. Te serva resiste, prudentia opus ut jam tempora sunt & ut sic dicam, cauta quadã prospectione. Cent. 1

Purum nihil hic expectandum dum nos in impura hac terra. Nec splẽdida ulla aut magna sunt quæ non habent admixtam suam fecem, nam ubicunq; iter ad virtutes, iter ad vitia.

In malo ævo sumus & hac Europa, non fortunæ & facultates solum tuæ si ad aliud

aliud ævum vides ſed virtutes moresq; labant ac ruunt vitiis prope evectis & tenentibus primas.

-----Non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis.

Abite ſtulta, non, quod moveat magni & qui ſuper omnia eſt Ducis. Is dolente & indignante oculo ſtulta hæc mundi videt. Videt? imo vindicet ſi ad eum non vertimus à peccatis vitiisq; ſerio ſe ſemel averſi. Cent. 3. Ep. 65.

Vita beata.

Sapientia ſit à vulgo ſe abjungere & ſegregare & magnum illud in rebus inane cum Perſio ſpernere & ridere, fortunæ ſe aptare, virtutem & Deum ſequi & quidquid facit ad internam hanc quietem & felicitatem. in Præf.

Optandum ut longà à fortunæ inconſtantia in quieto tranquillitatis ſinu nos reclinemus & ſeneſcamus; ut Muſas latè læteq; veneremur, & literarum dulcitate & delitias libemus, & quidquid ad fama ad nominis æternitatem; ut in virtut

fit.

firmis & securis dies veniant & discedant, & vitam nostris arbitriis formemus, vilibus animis altiores, & quæ hic vulgus miratur ac amat ridentes; ut proceres non metuamus sed nec irritemus arma non tangamus, lites nunquam aut leviter tractemus. Sed placidos dies, placidas noctes agammus, lethum non optantes aut timentes, lucri & ambitionis non sitientes invidiæ expertes & sævientium mœrorum, cumq; ambiguus fati dies aderit, animas has sine luctu sine lacrimis emittamus, felices moriamur senes, & avolemus læti & lubentes in terras meliores, hicq; apud propinquos & remotos non fluidam sed nec fastuosam famam relinquamus. Cent. 1. Ep. 8.

Vove ut liceat vitam formare arbitriis tuis & velut vulgo hoc altiori mundi inania spernere & ridere Musarum studiis & sapientiæ frui, lucrum non optare aut opes, nulli gravem aut malum vivere & cum id erit tranquillum quietumq; ad mortem ire, eamq; ante non optare aut timere, & sine metu sine motu ad ali-
am

am illam vitam & Deum venire Cent.2

Tranquillitatem amplecti, virtuti & Phœbo in ocio litare, placidè degere placide discedere elige; quam alta sequ & inhiare, ambitionem sectari & cupi dinem, superbiâ flagrare & nocenti fact Cent 2.

Locum sedemq; elige si in tua ha manu ubi tibi vivas, dies cum fructu & s ne fama trahas.

Expers curarum atq; animum virtute quiet
Compositus semperq; tuus.

Vbi studia hæc & literas tractes, sola tium ex iis & lenimen pares contra tur bida hæc & ninguida, quibus vita terren distinguitur ex fatali quadam lege. Vb labes ictas morum, ubi lapsus hos rerun non audias hanc nunc solennē vitiorun hominumq; colluviem non spectes au intersis. Cent. 3.Ep.49.

Hoc opta ut procul à commotis va nitatum undis in hoc submisso & musæ portu navim liges firmo morsu. Vbi nu mini sacre sancteq; servias. Doctrinæ ex ercitationes & literarum urgeas & quid quid ad tranquillitatem ad quietem du

ci

cit. Ubi clamores nullos aut rixas ſentias, ubi vana hæc rerum & faſtum non videas, ſed ſecurè ſobrieq́; tibi & tecum degas & conſceneſcas expers ſuperbiæ & pallidæ ambitionis. Cumq́; fatalis ille & parcarum Dies venerit animam hanc ſine fletu ſine formidine reddas, & apud tuos exterosq́; memoriam relinquas gratam magis, quam diffuſam. Hæc tibi contingant, & mentem ad alia non mittas, nec ægreſcas aut invideas omnibus purpuratis. Vel in vili loco & ſpretâ aliis ſorte tranquillè degas, tranquillè diſcedas. Cent. 5. Ep. 54.

Alta nunquam ambi aut opta

——— ——— *te tua tellus*

Lare ſecreto tutoq́; tegat.

Vbi inter literas libroſq́; degas & conſceneſcas, forum non videas aut frequentes, aulam non lambias aut nimis luſtres. Sed piè placideq́; vitam trahas bonis doctisq́; placeas & innoteſcas, parvo contentus & aureâ mediocritate, adulationis expers & ſtulti faſtus, & cum ſub terram eas tuis honeſtam famam, ſi non opes relinquas, & à te virtutis pietatisq́;

exempla, si non ad splendida adjumen-
tum habeant. Cent. 5. Ep. 67. 2.

Virtus.

Studia ad sapientiam vita ad virtu-
tem dirigenda, quam nisi apprehendi-
mus malè & inscite decurrimus quid
quid hoc est ævi. Cent. 1. Ep. 1.

Placida illa virtus & vita capiat i-
qua Musas tractes sed famā abiis nec spe-
rans nec spectans, & donec oculi ist-
claudantur non claudat hæc cupido.

Ad pietatem inprimis & virtutem
hortor sine qua omnia doctrina non va-
na tantum sit, sed damnosa. Cent.
Ep. 14.

Vana rerum non scitanda.

Divitias honores & quæ eo incl-
nant aspernari incipias. Quid enim e-
sunt? fumus ventus nebulæ. in quiete
literis si terere vitæ hoc tempus lice
alta & vera meditari, vana illa ride-
& spe

& ſpernere felices ſumus nec divitibus invideamus & omnibus torquatis Cent.1. Ep.33.

Multa abducunt ac alio ſuadent? ne abripiant te aut flectant vana unquam aut prava quæ nimis ſplendida ea vita donat. Cent.1.

In mundo hoc bona & mala variè mixta multa prava animo auribusq; objecta, tu declina vita ad alios te da habes ubiq; ad quos potes in omni literaturâ claros celebres magnos. Eos audi, adi & in animi & ſtili partem verte alios tamen non omitte. Quos? primos illos ſummosq; doctores; id eſt mortuos. volve eos, quæſo te, revolve, in iis monita & hortationes ad omnem virtutem atq; etiam ſapientiam qua animo tuo eas quæſitum, Fac & virtute conſtantia, Labore ducibus ad faſtigium hoc laudis conſcende. Cent. 3. Ep. 50.

Nobis tam certum & firmum in hac vita ad alta, id eſt, mala non aſpirare

quam ad ſupera illa aliquando ire. Quan do tantum dies ille aderit qui nos ab his inferis auferat, melioribus terris ſedibusq; dabit ibi votum ſit ordinem locumq; habere & inter illos vere magnos cenſeri. Hic nihil opus. Cent.2.

Rem non ſpeciem quæramus, honores opes, famam; hoc eſt umbras, breves ſtructuras, recto oculo cernamus, ſed & ſpernamus aut contemnamus, Nos ſic ſemper cenſimus qui ad alta duci ad mala vult, & quæ deprecetur aut in odium ponat diu habita. Felicitatem in paucis ponas & ſplendida illa non ſolum tranſigas & animoſa fiducia ad meliora mentem flectas. Cent.3. Ep.52.

Ad virtutem ſedulo & pietatem eamus, illi ornamentum doctrinam demus alia mihi crede venti nugæ inaniæ ſunt iſta ſola donet in æterna terra felicitatem in iſta famam fructumq; & quod adhæret,

Nomen longinquos quod ſe non ponat in annos.

Quam-

Quamquam de eo parum est. Tranquillitas quies animi corporisq; serenum est, quod imus quæsitum hic internum gaudium, post æternum. Cent. 3. Ep. 40.

SIMILITUDINES

E MVLTIS PRÆCI

PVÆ QVÆ IN

CENT. ISTIS OCCVRRVN

C. à C. V. P.

Adversa in hanc vitam in-spersa.

VITA HAEC MARE ES SEMPER in eo motus sæpe pr cellæ iterumq; tranquillitas & l por; tale in nobis, fluctuamus dejic mur curis lacrimis & iterum hæc cu malacia & risu mutantur. Tristia jam h bent læta mox pellant & oculis usurp bis amæniores multas luces. Cent. 1. E 92.

Vt coelum non semper serenũ est ca gi

gine obducitur interdum: sic qui in illud aspiramꝰ tristibus & mœrorū sæpe nube.

Vt in mari unda undam pellit: sic in hac vita casus casum. Cent. 3. Ep. 52.

Vt non dolendum valde in via tempestates pluviasq; ferre, modo meta & hospitium emendet, aut pro voto sit; tale hic dicam nil referre quomodo id breve, id leve vitæ iter fluat, modo finis pro sperato sit & cœlum donet. Quod nobis certum qui Christiani. Gratia illis sit qui ad id creavit eduxit redemit. Cent. 3. Ep. 60.

Vt etiam in cultis campis flores non tantum habemus, spinæ se miscent & rubi; ita in vita hac est, tristia quædam insunt, sed quæ læta iterum pellant, & se infundant ac quæ voles. Non scimus quæ grata sunt & jucunda, si adversa nunquam eveniant. Cent. 5 Epist. 38.

Nullus tam cultus hortus, in quo non urticæ & malarum id genus se etiam miscet; ita nec vita in qua non dolor. nec locus nullus aut status est.

κακοῖσιν ὅςις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.

Cent. 5. Ep. 95.

Utile nos ita tangi utile. Vitem si sibi relinquas, in frondes & folia ibit tantum ita à nobis nisi tollantur vana illa & circumfusa voluptatum, ejusmodi concussionibus & scissuris fructum non dabimus. Cent. 2. Ep. 16.

Flores á se odorem spirant tactu tamen & compressione fragrantiam suaviorem emittunt; ita pressi ad Deum magis nos diffundimus & ut palma in cœlum altius nos tollimus sub mole gravantium curarum. Itaq; per hæc tristia, tamquam per nimbos fluctusq; ad felicitatem ducit ille parens, adeoq;

Per varios casus, per tot discrimina rerum, Tendimus

in cœlum & æternam illam terram, cui nos servemus, & hæc talia finemus sua sponte fluere, certi ad salutem nostram omnia dirigi. ib.

Halcyones placidè vivunt in mediis undis, tu in turbis & tempestatibus adversitatum tranquillè degas tranquillè discedas & spiritum sine metu sine motu, reddas in beatam æternitatem. Cent. 4. Ep. 10.

Absti-

Abstinentia.

Ut in præcipiti & proclivi aurigæ freno equos retinent & retardant: sic oculos debemus & mentem ubi quæ delectant & attrahunt. Cent. 1.

Amicorum divulsio.

Ut equos, qui diu eundem currum traxerunt, si separes & à se divellas, desiderium inter se mittant & hinnitu testentur ablati: Simile hic dicam, qui diu cum aliquo ac velut ad eundem currum assuetus desiderat & mentem ad eum mittit avulsus. Cent. 5. Ep. 65.

Ut in magno vulnere dolor se statim addit & accurit, post noctem tamen aut breve spacium magis senties: ita amicis fit, abeunt à se tristi mente, sed quæ magis ægrescit, quo longius à se emanant. Cent. 5. Ep. ead.

Amor malus judex.

Ut oculus in quem aqua inspersa pa-

labeat cum *verbis tumidis & i* *pſantibus diffluit* & vias quærit p quas ſe ſpargat. ib.

Ad ebrietatem facit non quam mu tum ſed quam pretioſum ſumis: ita monitis præceptisq; ebria mens fit, refe non quam multa legis ſed quam bon Ibid.

Calumnia quomodo vitanda.

Sicut animalcula quæ ſub terra cu bilia cavernaſq; habent, quamdiu in e latent tuti ſecuriq; rident canum omn latratus, prodeuntes in impoſturam pra damq; cadunt: tale in nobis liberi lætiq erimus, ſub tranquillo ſilentii conditi a odia iraſq; exponemur famæ juditiisq permiſſi. in Præf.

Raro abſorpta navis eſt quæ lente morſu tenet portum, in altum provectam venti varè ludunt & lædunt: Ita nos bon beatiq; erimus in obſcuro inq; ſecreto a

cen

cenfuraras fermonesq; delati varie inter culpas laudesq; trahendi. in Præfat.

De Momo illo notum, cum venerem non poterat crepidam carpfiffe ita illi infcriptiones, titulos, cum alia non inveniunt & ùt vultur Alcinoi etiam hortos prætervolet, ad omnes eos flores nec movetur, cadaver fentiat? fubfiftat; ita hic fit, ad recta tacent, lynces funt fi quid exorbitans aut fallens. in præf.

Ceffationis fructus.

Ut arbores quiefcentes interdum & fine fructu longius fe poftea in eum diffundunt & donant: Sic nos diu fine his curis fortius ad eas redeamus & nos infundamus. Cent. 1.

Velut agri quieti interdum & neglecti felicius poftea in fruges fe laxant ita nos poft aliquod intervallum ad nos redimus & fortius vifemus ad antiquas noftras curas. Cent.

Conftantia.

Qui

exempla, si non ad splendida adjumen-
tum habeant. Cent. 5. Ep. 67. 2.

Virtus.

Studia ad sapientiam vita ad virtu-
tem dirigenda, quam nisi apprehendi-
mus male & inscite decurrimus quid-
quid hoc est ævi. Cent. 1. Ep. 1.

Placida illa virtus & vita capiat in
qua Musas tractes sed famā abiis nec spe-
rans nec spectans, & donec oculi ist
claudantur non claudat hæc cupido.

Ad pietatem inprimis & virtutem
hortor sine qua omnia doctrina non va-
na tantum sit, sed damnosa. Cent. 5
Ep. 14.

Vana rerum non scitanda.

Divitias honores & quæ eo incli-
nant aspernari incipias. Quid enim e
sunt? fumus ventus nebulæ. in quiete &
literis si terere vitæ hoc tempus lice
alta & vera meditari, vana illa ride
& spe

& ſpernere felices ſumus nec divitibus invideamus & omnibus torquatis Cent.1. Ep.33.

Multa abducunt ac alio ſuadent? ne abripiant te aut flectant vana unquam aut prava quæ nimis ſplendida ea vita donat. Cent.1.

In mundo hoc bona & mala variè mixta multa prava animo avribusq; objecta, tu declina vita ad alios te da habes ubiq; ad quos potes in omni literaturâ claros celebres magnos. Eos audi, adi & in animi & ſtili partem verte alios tamen non omitte. Quos? primos illos ſummosq; doctores; id eſt mortuos. volve eos, quæſo te, revolve, in iis monita & hortationes ad omnem virtutem atq; etiam ſapientiam qua animo tuo eas quæſitum, Fac & virtute conſtantia, Labore ducibus ad faſtigium hoc laudis conſcende. Cent.3. Ep.50.

Nobis tam certum & firmum in hac vita ad alta, id eſt, mala non aſpirare

quam ad ſupera illa aliquando ire. Quando tantum dies ille aderit qui nos ab his inferis auferat, melioribus terris ſedibusq; dabit ibi votum ſit ordinem locumq; habere & inter illos vere magnos cenſeri. Hic nihil opus. Cent. 2.

Rem non ſpeciem quæramus, honores opes, famam; hoc eſt umbras, breves ſtructuras, recto oculo cernamus, ſed & ſpernamus aut contemnamus. Nos ſic ſemper cenſimus qui ad alta duci ad mala vult, & quæ deprecetur aut in odium ponat diu habita. Felicitatem in paucis ponas & ſplendida illa non ſolum tranſigas & animoſa fiducia ad meliora mentem flectas. Cent. 3. Ep. 52.

Ad virtutem ſedulo & pietatem eamus, illi ornamentum doctrinam demus alia mihi crede venti nugæ inaniæ ſunt iſta ſola donet in æterna terra felicitatem in iſta famam fructumq; & quod adhæret,

Nomen longinquos quod ſe non ponat in annos.

Quam-

Quamquam de eo parum eſt. Tranquilli-
tas quies animi corporisq; ſerenum eſt,
quod imus quæſitum hic internum
gaudium, poſt æternum. Cent.
3. Ep. 40.

SIMILITUDINES

E MVLTIS PRÆCI-

PVÆ QUÆ IN

CENT. ISTIS OCCVRRVN-

C. à C. V. P.

Adversa in hanc vitam in-spersa.

VITA HAEC MARE EST SEMPER in eo motus sæpe pro-cellæ iterumq; tranquillitas & lo-por; tale in nobis, fluctuamus dejic-mur curis lacrimis & iterum hæc cu-malacia & risu mutantur. Tristia jam h-bent læta mox pellant & oculis usurpa-bis amæniores multas luces. Cent. 1. Ep. 92.

Vt coelum non semper serenũ est cal-gin-

gine obducitur interdum: sic qui in illud aspiram9 tristibus & mœrorū sæpe nube.

Vt in mari unda undam pellit: sic in hac vita casus casum. Cent. 3. Ep. 52.

Vt non dolendum valde in via tempestates pluviasq; ferre, modo meta & hospitium emendet, aut pro voto sit; tale hic dicam nil referre quomodo id breve, id leve vitæ iter fluat, modo finis pro sperato sit & cœlum donet. Quod nobis certum qui Christiani. Gratia illis sit qui ad id creavit eduxit redemit. Cent. 3. Ep. 60.

Vt etiam in cultis campis flores non tantum habemus, spinæ se miscent & rubi; ita in vita hac est, tristia quædam insunt, sed quæ læta iterum pellant, & se infundant ac quæ voles. Non scimus quæ grata sunt & jucunda, si adversa nunquam eveniant. Cent. 5 Epist. 38.

Nullus tam cultus hortus, in quo non urticæ & malarum id genus se etiam miscet; ita nec vita in qua non dolor, nec locus nullus aut status est.

κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.

Cent. 5. Ep. 95.

Utile nos ita tangi utile. Vitem si sibi relinquas, in frondes & folia ibit tantum ita à nobis nisi tollantur vana illa & circumfusa voluptatum, ejusmodi concussionibus & scissuris fructum non dabimus. Cent. 2. Ep. 16.

Flores à se odorem spirant tactu tamen & compresione fragrantiam suaviorem emittunt; ita presi ad Deum magis nos diffundimus & ut palma in cœlum altius nos tollimus sub mole gravantium curarum. Itaq; per hæc tristia, tamquam per nimbos fluctusq; ad felicitatem ducit ille parens, adeoq;

Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Tendimus

in cœlum & æternam illam terram, cui nos servemus, & hæc talia sinemus sua sponte fluere, certi ad salutem nostram omnia dirigi. ib.

Halcyones placidè vivunt in mediis undis, tu in turbis & tempestatibus adversitatum tranquillè degas tranquillè discedas & spiritum sine metu sine motu, reddas in beatam æternitatem. Cent. 4. Ep. 10.

Abstinentia.

Ut in præcipiti & proclivi aurigæ freno equos retinent & retardant: sic oculos debemus & mentem ubi quæ delectant & attrahunt. Cent. 1.

Amicorum divulsio.

Ut equos, qui diu eundem currum traxerunt, si separes & à se divellas, desiderium inter se mittant & hinnitu testentur ablati: Simile hic dicam, qui diu cum aliquo ac velut ad eundem currum assuetus desiderat & mentem ad eum mittit avulsus. Cent. 5. Ep. 65.

Ut in magno vulnere dolor se statim addit & accurit, post noctem tamen aut breve spacium magis senties: ita amicis fit, abeunt à se tristi mente, sed quæ magis ægrescit, quo longius à se emanant. Cent. 5. Ep. ead.

Amor malis judex.

Ut oculus in quem aqua inspersa parum

rum vere lernit, ſic mens in quam amor in præf. 2.

Cenſuras amor ne quid obfuſcet, nam ut oculus quem ſapor aggravat imperfecte videt ſic animus quem iſte.

Breviloquium aut Atticiſmus.

Vt ad debitum æsq; ſolvendum nihil facit quam multos nummos deponas ſed quam bonos & valore ac pretio magnos. Idem hic dicam venuſtate & venere lectorem teneas & oblectes laxitas illa & diffuſio non hilarabit. in Præf.

Sicut ad tectum turrimq; conſcendendam non refert quam multas ſcalas ligas & nectas ſed quam magnas & porrectas: tale in iſtis ad verticem culmenq; elegantiæ non multis conjectisq; verbis veniendum ſed ſignificatu ſenſuq; plenis. ib.

Ut ſal aut ſaccarum in modico cibo virtutē ſervat exeritq; in vaſto vaſe nec cenſeas large infuſum. Idem de ſapientia dicam valorē vigoremq; amittere &

velut hæbescere multis verbis proposi-tam, vim roburq; infundere ad strictæ sententiæ inclusam. ib.

Quod medici de ovo dicunt in vegeto & sano plus ad robur viresq; conferre quam commestam piscis magnam molē. Id de brevitate ego sed non affectata magis animum auresq; pascere & erudire πολυλογίας multis columnis. in præf.

Vt in morbis tollendis de largo potu nihil est & medicina, juvat non quā multum sed forte bibis: ita cum in libris eluimus morbus hos & nævos animorum ad profutura non ad profusa hæc orationum eamus. ib.

Insanus qui pervenire ad metam brevi via cum posset malit se longa lassare & circumire: hos magis sic dicam qui præ βραχυλογίᾳ hac pura hac pulcra velint in adfectatā copia errare.

De remora pisce ajunt quod naves etiam grandes sistet & detentet ipse non grandis: idem in scriptione magis correcta periodo, quam diffusa fortis est, & addo formosa elegans jucunda vix aliquid horum

labeat

labeat cum *verbis tumidis &* *psantibus diffluit* & vias quærit quas se spargat. ib.

Ad ebrietatem facit non quam m tum sed quam pretiosum sumis: ita monitis præceptisq; ebria mens fit, re non quam multa legis sed quam bo Ibid.

Calumnia quomodo vitanda.

Sicut animalcula quæ sub terra bilia cavernasq; habent, quamdiu in latent tuti securiq; rident canum omn latratus, prodeuntes in impoſturam p damq; cadunt: tale in nobis liberi læt erimus, sub tranquillo silentii conditi odia irasq; exponemur famæ juditii permissi. in Præf.

Raro absorpta navis est quæ len morsu tenet portum, in altum provecta venti varè ludunt & lædunt: Ita nos bo beatiq; erimus in obscuro inq; secreto

ce

censuraras sermonesq; delati varie inter culpas laudesq; trahendi. in Præfat.

De Momo illo notum, cum venerem non poterat crepidam carpsisse ita illi inscriptiones, titulos, cum alia non inveniunt & ut vultur Alcinoi etiam hortos prætervolet, ad omnes eos flores nec movetur, cadaver sentiat? subsistat; ita hic fit, ad recta tacent, lynces sunt si quid exorbitans aut fallens. in præf.

Cessationis fructus.

Ut arbores quiescentes interdum & sine fructu longius se postea in eum diffundunt & donant: Sic nos diu sine his curis fortius ad eas redeamus & nos infundamus. Cent. 1.

Velut agri quieti interdum & neglecti felicius postea in fruges se laxant ita nos post aliquod intervallum ad nos redimus & fortius visemus ad antiquas nostras curas. Cent.

Constantia.

Qui

Qui peregrinantur pluviam ventos nebulas ferunt, rectū cursum tamen tenent nec deflectunt à proposita meta : ita nos debemus qui ad sapientiam & ab ea famam imus recta sequi ad ea aspirare & currere nec ejici via adversante hoc vel illo à paupertate , invidia , despectu ventis. Cent. 1 Ep. 26.

Conversatio

Vt inter multos ebrios difficile est se unum sobrium servare : ita etiam ab iis abstinere & se non jungere ad quæ omnes inclinant, magni non solum judicii sed constantiæ sit. Cent. 1. Ep. 13.

Vt rosa & odorati illi flores fragrantiam semper aliquam adspirant tangenti : sic docti & periti odorem aliquem & succum suæ virtutis

Vt in mari ubi scopuli latent si eas, vitas portum & sinus totos iis infames, aut caute saltem per eos transis, ita hic svadeo fugere te homines & consortia, vitiis nota aut suspecta , ne voluptates sub specie virtutis fallant & abripiant. Cent. 1. Ep. 57.

Vt mulſum dulcedinem & ſaporem ſervat ſolum, mixtum amittit, niſi ex pari aut meliori addis. ita vobis erit, & vulgares ac in quosvis proni mutetis. Cent. 1. Epiſt. 97.

Vt in ſole ſi iſtis mutetis vultum, ita inter pravos animum. C. 2.

Hyppanis dulcis manet (Scytiæ fluvius eſt) donec Exanpæus in eum influit poſtea mutat & amareſcit; ita in vobis erit, ſi ad malos vos donetis. nec alia peſtis plura ingenia in curſu retinuit quam commertia talium & convictus.

Degeneratio.

Vt in die turbida magis miramur, ſi aurora læta fuit & jucunda: ita in vita non proba ſi adoleſcentia recta & ad honeſta inclinans. C. 2.

Inſani ſit in veſtibulum ornatum inferre domo ipſa relicta inter ſordes: ita adoleſcentiam inter optima ducere reliqua non impenſa ad virtutem. Cent. 2.

Arbores quædam in florem valde ſunt pronæ ut ſi inde judicium ſumendum, fructum largius promittunt, ſed pro-

promittunt non ferunt: ita multi ipsis initiis magna spondent, annis provecti fallunt & infra spem consistunt. ib.

Demissio.

Ut ad fulgur & insolitum quodvis lumen oculos claudimus: ita tu animum debes ad laudem hanc & splendorem, de te sentire vel nunc cum humilibus & modestis nec putare culmen omne doctrinæ jam assensum. Sed ut calcar honores hos habere qui instigant ac admoneant altius altiusq; aspirare. Nam hac parte nunquam ita provenimus quin à longinquo sit meta & plura semper discenda. Cent.3. Ep.73.

Doctores quos habendi.

Ut non bene dirigunt & ducunt per obliqua viarum, qui locorum ipsi imperiti & inscientes: sic nec utiliter per sinuosos ad sapientiam & virtutem flexus monstrant, qui ipsi hic vestigia parum aut pravè posuerunt, & se literis perfunderunt

derunt tantum, non imbuerunt. Acut sentinatores & leves vilesq; illos ad clavũ stare, non ex re navigantium erit, non ex usu; ita in scopuloso hoc rerum mari & ævi flexu, altis & acribus opus, qui monstrent & deducant ac ad sapientiam cum fructu præeant. Cent. 2. Ep. 22.

Ut via plana & directa ac sole puro quivis facile currum regit. At hoc obscuro & merso, illa lubrica & præcipiti, prorigam equi quærunt veterem fræni & peritum. Sic in hoc malo ævo, multum refert qui præsit & ducat. Cent. 2. Epist. 81.

Doctores ipsi discant.

Robur dum aliis paramus nobis inprimimus, & ut prorigæ, dum alios, se etiam transferunt: ita nobis faciendum & cum alios conamur ad meliora ducere, ipsi deveniamus. Cent. 1. Epist. 33.

Non decet pro vulgi more & sensu esse. Aliter quid nisi campanæ similes sumus, quæ altos & se diffundentes sonos edit, nec ipsa eos audit: sic nos eximia

præcepta & hortationem ipsi ab iis expertes. Cent. 3. Ep. 92.

Mederi quod non in manu nostra nec humana ferendum & summa vel sola potius virtus, scire in alto illo regi & disponi res omnes nostras. Magnus ille rex trahit, sequamur, vocet, curramus, ad ejus nutum nos aptemus & flectamus, cogendi alias quantumvis & impellendi, hoc magis quod contendimus omnes ad hanc metam, nec sors aliqua aut status ab ea liber, plebæos optimates, servos ac duces accepit & capiat, & felices qui primi in felici ea terrâ, erepti tot præsentibus malis, tot venturis: Extra seqvens & immineus omne periculum, extra spes & timores tum tandem degunt, qui nos exercent ut vania ac fluida hæc omnia nostra & nos sumus. Itaq; amici & cari ut invisentes habendi. Si maneut non ejiciendi. Sed discedunt non tenendi. Cent. 2. Ep. 19

Qui obit, quid aliud quam jactari, affligi, premi desinit ac per θανασίαν ad ἀθανασίαν transit & ad felicia illa.

Fortu-

Fortunatorum nemorum ſedetq; beatas. Cent.2.

Fatalem noſtrum non locum nec diem effugiamus. Perinde eſt ubi vitam hanc finimus ſi in pietate & fide. Cent,3.Ep.9.

Nobilitas.

Quem non attollat ac diffundat cum iſtos ab ortu alto & ſublimi dignos eo videat & non jactantes majorum laudem tantum ac lucem ſed à ſe dare & incipere eam aptos. Cent. I.

Obſcuritas.

Ab abſoletis non abſtinendum ſed vel parum antiquis, nec inter eos ſimus, quibus pulcrum & laudabile non intelligi. Vulgare nunc vitium nec ingenioſa putamus, ad quæ legenda non opus ſit ingenio. Tu odi & da quod non fugiat eruditas mentes.

Patria omnibus cara.

Innatus amor & inclinatio cuiq; nostrum in pariam est. Et tractum eum, cui primum institimus ac tenera mole pressimus & immota.

----natale solum dulcedine cunctas

Ducit: ut id amare & extollere, in eo ac pro eo perire & mortem suscipere, nemo recuset, aut detractet, non vivere tantum optet & senescere. Ut vere dixerit Poëta priscus.

ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆσαι βίον.

Occultam enim vim pellicendi assumendi habet: ubi cõsuetus oculis aër, amnes, arva. Ubi latâ lineâ parentes, Affines, socii & tot amoris incendia, quæ alia loca non dabunt. Bruta in latis sylvis gaudent certis earum pascuis adfixa natali glebæ. Aves in diffuso hoc aëre amant & observant illas partes, quæ dederunt. Quid homines non faciamus?

Aspiramus semper ad notum solum; consuetas auras, primos recessus, in quibus crevimus, hæsimus; adolevimus & ubicunq; sumus, & si bene simus, ad patriam respicimus. Cent. 2. Ep. 47. In-

Inclinamus in natale ſolum & terram, ſi generoſi ſumus & naturâ velut incitante ad eam propendemus, quæ eo ſemper deducit & aſpirat, ubi hauſimus primam auram, ubi luſimus, ubi adoleviſmus, ubi juventus & pueritia noſtra effluxit. Nos floridos & ſalvos ducimus eâ ſalvâ & florente, mortuos fere & labentes dilabente & moriente patria dignus non ſit, qui eam non amat ſe illi, cum uſus non impendet. Cent. 2, Ep. 19.

Patria ubivis.

Bene priſcus ſapiens & perite παρεπιδημίαν τινα εἶναι τὸν βίον, perinde ergo ubi eam vivimus ſi in pietate & virtute. Centur, 2.

Peregrinatio.

Itinera in prima ætate non cum judicio & uſu omnes ſuſcipiunt, vana & vulgata plerumq; ſectantur, ſalubrium nulla cura & ad ſenſum aut aſpectum plura referunt, quam animum & doctrinam.

Proderit adultiores jam firma electio-

ne & judicio res hominesq; intueri. Cent. 3. Epist. 9.

Lustrare, discurrere, vagari, etiam nimium quis potest, & tu vide ut modum hic serves ac ne circe aliqua te liget & immutet. Cent. 5. Ep. 23.

Philosophiæ usus.

Mentem tibi litteræ attollunt supra viles res hominesq;, qui ævū hoc tenent. Luxuriam, lasciviam, fastum in odium supra vaticanum apud te ponunt. Divitias, honores, omnia externa in contemptum ducunt, sæpe imo semper tibi cum magno Poëta clamant

------ Improvisa lethi
Vis rapuit rapietq; gentes.

Te sic imbecillum & paucarum virium cogitare monent de discessu. Parcas habere ante oculos, quæ ad cœlum & alta hæc ducunt meditari, ætatem nullos facere immunes, omnes modo natos subjici huic tributo & quæ longum sit hic narrare. Cent. 3. Ep. 51.

Præ-

Præmia studii rara.

Præmia rara nunc iis & respectus, qui fama hoc æquor navigant bene cum non neglectus, & contemptus.

Propositum humanum.

Proponere nos possumus, constituere magnus tantum Deus & decernere, Cent.5. Ep 9.

Rerum mundanarum contemptus.

Honores, divitias, laudes, non nisi suis prætiis æstima, id est, parvis, si à se veniunt, admitte. Si abeunt ne tene. Cent. 3. Ep. 12.

Temne ex alto & fastidi omnia hæc humana & quæ tua diutius non erunt, quam tueris & alii ut volent tu in humili adquiesce in civili, & vel supra multos sic future, Cent 3. Ep. 12.

Nolim te inter hiantes istas choneas esse, qui semper appetunt, semper angun-

tur, nihil ſat aut nimium habentes. Laute etiam quis poteſt in re non lauta vivere, hoc eſt, animum curare, quæ corpus hoc tangunt, nec appetens valdè, nec curans. Cent.3.

Solitudo.

Magna ſolitudo & quies animo tuo ſit, in qua fas Deum pie pureq; venerari, literis & ſapientiæ involvi à ſtrepitu remoto & ſtudiis ſtulti vulgi. Cent. 5. Ep. 18.

Stilus.

Ut quis ingenium, ita ſtylum habet, alacrem, altum, jacentem ſi iſtud tale. Et ſimiles aliquando habebis, rarò pares. in præf.

Nulli eodem modo ſcripſerunt aut ſcribunt ac velut in vultu, ita hac parte pauci aſſimilant. in præfat.

Stilus qualis ſit.

Quæri-

Quærimus in tibis non saturitatem modo sed & saporem; in his scriptis, non rem tantum sed dictionem dulcem & cum venustate mistam. Cent. 2. Ep. 19.

Ut animus magnus aut vilis, ita scriptio est, Cent, 5. Ep. 18.

Theologia.

Reliqua studia famam majorem habent, Theologia fructum, addo, quod ab eo felicitas, ab ea trãquillitas, & quod accedit in terra ista usus, in futura & præsenti vita beatitudo.

Illa (Theologia) curæ cordiq; erit & te tingere ea non debes sed perfundere. Regina illa sit, reliquæ artes serviant.

Ad virtutem, ad honorem uno verbo veram beatitatem venies, si tu ad alta te feras & summa illa doctrinarum amplectare nec te tingas solum sed imbuas, Cent. 1. Ep.

Fama in remotos benigna.

Ut ignis alibi accensus, hoc major creditur remotus: ita fama majorem alibi dicit aut fingit, quam sunt vel erũt. Cent. 1. Ep. 24.

Velut è longo pinus, betula, laurus, inspicienti eadem putantur propinquus dignoscit: ita hic si fit & intervallum pretium multis addit. Cent. 1. Ep. 42.

Fama invitos sequitur.

Famam scopum aut metam studiorum nunquam habebimus: & studia hæc si sequitur non magis ob eam huc veniamus, quam qui ad candelam sedet umbræ causa hoc facit.

Fastidium literarum.

Ut nunc judicia currunt, favorem difficulter est invenire, licet omnia faciamus, fortuna nunc opus ad placendum, aut, ut verius dicam, non displicendum, non doctrina in fastidientium ingeniorum hoc delectu. Cent. 1. Ep. 34.

Festinata raro perfecta.

Ut canes quia partum festinant cæcos catulos habent statim prognatos; ita quæ in lucem aspectumque subito feruntur à manu novâ ut à pennâ adhuc calent immaturum aliquid spirant, & indecorum. In Præf.

Nihil magnum arduumque cito se absolvit & in perfectum primo visu transit, vide mortua, fateberis. Circumspice ubique viva? Idem. Casam pagumque unus sæpe mensis dabit; molitiones operasque in multos annos poscit, quidquid in urbem adolescat aut civitatem. Idem hic est magnum non sit, aut laudem diuturnum donet, quod unum tantum laborem fert nec requirit extremam manum. Videsne ut oves anseresque quia una æstate accrescunt in parvo manent & circa suam terram; Equi aut tauri qui in longiusculum tempus staturam accretionemq; tardāt, in aerem altumq; se levant: tale in istis in vili manebit, quidquid primo labore contentū au-

res

res oculosq; tenebit sub curam calamumq; iterum tractum. in præf.

Ingenia favore attollenda.

Ut sol, quò altius in cœlum surgit, hoc latius lætiusq; se diffundit & ad terram mittit radiis & calore: ita eos in summo decet, ad alios inclinare & se jungere benevolentiâ & favore. Cent. 1. Ep. 32.

Ut flores non benignitas horti tantum profert sed pluvii rorisq; inspersio & irrigatio educit atq; protrahit. Idem hic est, ingenii bonitas & altitudo non solum supra vulgum ponit, magnatum fauore sumus producendi & ope,

Ut arvum fœcundum sine pluviis non habemus; ita nec sine favore ingenium sine productione. Cent. 2.

Ingenium viri docti.

Ut de arcis aut turris magnitudine

etiam

etiam ex tenui imagine licet augurari: ita de ingenio & doctrinâ à parvâ scriptione. Cent, 5. Ep. 18.

Imperiti Censores.

Vehi aliquis potest eâdem navi ignarus qui regatur adeoq; gubernantem corrigere aut dirigere, nec intelligens nec sciens: Idem in scientiâ aliquâ aut linguâ quid pulcrum aut aliud videre tantum possunt, qui peritè navigârunt Musæum illud æquor, non qui fracto velo legerunt littus cõites semper nec duces. Quidquid contra hodie fit & imperitissimus quisq; audacissimus, ac judicium de nobis sumunt ea licentia & libertate qua non Cicerones nec Varones ulli.

Invidia.

Venti summa movent, ad humilia non veniunt aut tangunt : ita ista viles & abjectas animas plerumq; contemnit, altas perit, & ut fumus flammam: ita ea virtutem sequitur & semiscet. In

In luto & humi mane, libereris, tolle & te leva, mox comitem habebis. Cent. 1, Ep. 71.

Nemo se tollit nisi etiam adversi illi venti & ut magnus ignis sine fumo non surgit: Sic nec nomen sine nube aliqua livoris. Cent. 2.

Juventus reliquæ vitæ judicium.

Ut urbem à portis & mœnibus licet augurari adhuc non inspectum; ita à prima hac ætate sequuturos annos. Cent. 2.

Judicium.

Ut eædem dapes inclinatos capiunt, lædunt à se aversos & pellunt etsi salutares; ita scripta & doctrinæ nunquam omnium amorem habebunt, etsi proba sæpè in contemptum eant in despectum ubi plausum possent sperare. In. præf.

Ut palato ita judicio omnes utimur & opinione sæpe delusi, ad pejora calculum damus. Ib.

Dissen-

Diſſenſio in his ſtudiis ſemper fuit ſemper erit & inter magnos ipſos in his ſtudiis apicesq;. Nec mirare ; Ut faciem eandem, & vultũm pauci habent : Ità judicium. Et ſic decet, non tantum licet, ac ut in fidibus & citharâ diſſenſum quendam eſſe ſed ſine ira & cõtemptum. Centur. 2.

Ut ſol, cum nubes obumbrant, parum clarè nos ſpectat, ſic animus cum amor.

Iudicium iniquum.

Minuta cenſere & in ſcriptiones rem ipſam negligere aut non tangere imò non parcere ; cum ea extra lapſum mali exempli ſit. Ut formoſum vultum ob verucam aut nævum non reprehendimus; ita ſcriptum nec debemus ob illapſum leve mendum & quod citra damnum ſit aut inſcitiam. Cent. 2.

Ut iidem cibi alios allectant, multos à ſe vertunt & lædunt: Sic omne id intelligentes oblectat offendit invidos & imperitos.

Amor miſceri nõ debet, qui in his talibus

busnon bonus judex. Ut numi in aquat immersi majores apparebunt, quàm sunt Ita ubi affectus se infundit judicatio rar citra errorem. Cent. 5. Ep. 34.

Litterarum suavitatem imperit non sentiunt.

Sicut eminus cervitia, acetum, lixiv intuenti eadem videntur, gustans discε nit, ita literarum suavitatem illi soli n runt, qui imbiberunt. Cent. 1. Ep. 2.

Iuvenes præceptis muniendi adversum prava.

Ut Ariadne filum Theseo dedit, ne a erraret, ita juvenes aliquem velut Lab rinthum ingressuri capiant dirigen hæc monita & cautelas. Cent. 2.

Ut Leucothea apud Homerum Ul si vitam donat ad pectus alligandum, q tempestatum & turbinum liberum re deret, & securum; ita inventuti præc pta hæc & motiones debemus, ut à vit aut retrahant aut tutos reddant, Cent.

Ut equos eum immittunt in circum, popiſmis ad curſum animant & plauſu: ſic juvenes decet ad recta & alta, famæ hoc ſtadium ingreſſuros. ib.

Iuvenum ſcriptiones.

Ut gallinæ minuta quædam ova edunt, augent poſtea ipſæ paulum auctæ; idem in nobis eſt perfecta non ſunt, & veniam non plauſum poſcunt, quæ in imperfecto & primo vigore nobis effluunt.

Velut magnates, ſi quo iter ducunt, prodromos mittunt adventu præparando: ita nobis licet indicia pro veris magnisq; operibus dare antequam ipſa. ib.

Iuvenum morbi.

Ut in arbore quæ vulſa aut fracta dum juvenis adhuc & parua, ſi fulcias, obliges tādem coaleſcit & ſe firmat: ita hic fit qui in flore adhuc æui reficiunt ſe iterum & in gradum reponunt.

Mors.

Venatores iſtos vides feras volucresq; cotidiè involvunt & ictu aliquo percellunt, nec expectatò tale in nobis fit & aliquem in vaſto grege aſſidue ſubducit nigra hæc diva. Cent.1 Ep.4.

Vides quam mors omnia invertit, quos longæ vitæ vellemus abduci, diurnare ea feſſos & fractos. Quid tamen eſt? Ut è convivio etiam lato ac votivo abeundum ſemel eſt & cogitandum cuiq; ad ſua: Ita de mundo hoc dicam ad tempus hoſpitium dare nullis in ævum & domum ſemel eundum; hoc eſt, in cœlum.

In hortis dum ſumus aut ſylvis, folia hæc cadere, alia accreſcere videmus: Ita nos, eximus alii, inimus alii in hoc mundo, & ferre debemus vulgatum & receptum ab ævo morem. Cent.1. Ep.54.

Vt roſa (maneam in eadem imagine) viret aliquandiu & floret, folia mox & vigorem amittit; ita nos vitam, quam aliqui longam, nulli æternam habent. ib.

Vt nautæ ubi ubi ſunt, ad portum aſpirant, ita nos debemus, nec querun

tu

tiit illi nimis cirò ad eum peruenisse. & cur nos faciemus qui felicitatem tum primum tenebimꝰ,cum eam stationem. Salus sic aspexit, & sibi vindicavit. Gratulabimur, non revocemus aut optemus. Cent,1.Ep.91.

Vt in prato aut silva cum dense floribus suis vernat, alii subitò, & vix nati, alii serius, sed omnes moriuntur; Sic in nostro hoc genere, in senectute multi cadunt & ut sic dicam deflorent, plures eam non attingunt & qui ad felicitatem aspirat, etiam ad hanc metam debet Cent, 1.Ep.93.

Respiciamus hanc metam ut ii terram solent, qui à navigatione diuturnâ fessi aut fracti.

Vt torrens aliquandu currit mox decurrit & arescit; ita in nobis est; perennes non sumus aut ut fluvii qui non desistunt aliqui in longum nulli in ævum manent.Cent.1.

Vt in hyeme, cum ea dura, magna, sine optamꝰ, ac ut citò decurrat ad æstatem sic peruenturi: Cur hic nō sit?eur ad æter-

na illa amæna non aſpiremus, ubi lætitiæ nec modum eſſe nec finem ſcimus? ib.

Vitam mutamus, non finimus, & qui qui pii ſumus ad meliorem vitam imus ut aurum aut argentum non perditur aut perit liquefactum in melius magis eſt ut ſic mutet: ita hic eſt ad optimum ſtatum tunc primum venimus & quæ optemus informes ante & infirmi. Cent. 1.

Qui in hac vita ſumus in carcere vinclis ſumus & felices qui primi evolabunt. Nam ut incluſa avis, licet amanter alas pretiosè habeas non tam ſuaviter aut optatè vivat, quam ſi in ſylvis ſuis vivat ac conſuetis choris fritillantium trutillantium minurientium ſociarum, ita nec nos niſi in cœlo cui nati & facti ſumus exules erimus quamdiu hic erimus. mortui in patriam admittimur & firmam manſuramq; felicitatem. Cent. 2.

Pratum mihi vide novâ jam æſtate amænum eſt, ridet, floret; purpura, coccina, nigredo ſint præ hoc ornatu. Quid tamen eſt? mox venti & imbres primo flores abſcindunt, ardores & ſiccitate

reli

reliquum honorem, & postremo hyems decutit aut absumit. Idem in mundo hoc fit, nascimur, crescimus, floremus. Sed jam hic, jam alius abit, & ubiq; densè morimur in languore, dolo, & cum ætatis hyems; id est, senectus advenit, omnes naturæ lege. Cent. 3. Ep. 14.

Velut certantes inter Græcos olim qui palmam primo cursu sustinebant auferre, noluerunt in alium diem annumq; rejici, abire pulcri laudatiq; victoriæ illa fronde magis erat ut vellent: in nobis quid aliud sit? si lethum mittatur ut eo velut curru aut cursu veniamus ad verum illum & non desiturum honorem, quid mali sit? Cent. 3. Ep. 19.

Ut qui in hortorum cultu quosdam fructuum in acerbitate vellunt saccaro & sirupis inserendos, quosdam, cum maturuerunt, plures etiam in ramis relinquunt, donec hyems aut ventus major decutit, nec finit diutius adhærere: tale in istis summus ille mundani horti cultor aliquos in primâ ætate ad se rapit alios in mediâ & cum in viros

maturuerunt, multos etiam hic permittit dum sensum abscindit, nec vult eos longius hic respirare. Nec moveat aut in mœstum sensum trahat in vegeto adhuc ævo & firmo auferri? sortem hanc quam multi ante nos, inter nos nunc post nos, subibunt? nec liberum ab ea exlexq; quidquid vivit aut sensit. Atq; ut incerta sunt omnia rerum humanarum & quæcunq; habemus cum spe Semper & metu aspicienda inscitus, qui non citò vellet abjungi. Cent. 3. Ep. 17.

Proconsules olim Romani cum copiis castrisq; tractis redire possent, in triumpho gaudebant, ad eum diem, & affectabant irati ob dilatum: idem hic cogitandum melius triumphantes felicesq; in cœlum duci quam hic variis casibus culpisq; implicandos diu teneri. Cent. 3. Ep. 31.

Sicut in ludis olim fatuum merito dixissent qui coronæ propinquus & certus jam adquirendi mallet ad carceres reduci & mereri incipere tale hic scribam parum sapere, qui cum lethi posset in victoriosa illa loca ferri velit in incertis

tis tristibusque hic jactari. Sed Deo hæc permittamus qui stat vitæ actionumq; arbiter & producet aut incidat.ib.

Vt in via si sumus non dolemus valde perdi aliquid & amitti, ad quod redire est & recuperare: Ita nec hic faciendum in amisso hoc vel illo recipiendo in brevi ac reddendo. Cent.3.Ep.34.

Ad id nempe omnes in hunc mundū venimus, ut relinquamus iterum, & ad meliorē eamus, ut qui in scholis sunt, obhærere ibi debēt, nō manere, in Academias aspirant, qui boni sunt & ablegantur, id non pro ætate & ut multos ibi annos egerunt, sed ut in majori progressu: Idem in nobis sit, præparari hic debemus, & aliquo gustu imbui, abire etiam ad majora; hoc est, Deum, non ut diu hic sumus, sed ut digni, Et ut pueri sæpe per classes eunt & exeunt in libertatem majoribus ibi relictis inter sordes: Ita hic erit, in prima ætate aliquis grandevū, & Senecionem antevertat. Cent.5.Ep.19.

Mori nostros, dolorem nobis relinquit & luctum, si è vulgo sumus sed tollamus nos supra istum & gaudea-

mus aliquem prægressum & finem f
cisse adversitatum non doleamus. Mul
videntur impendere non bona & mina
tur; beati qui erepti, & ad læta pr
missi. Vt qui in navi & mari scopul
& vadis non libero & ubi navigatio r
rò sine damno, non queruntur ten
brosam & turbidam noctem nimis c
tò ad finem venisse, magis est ut
diem aspirent aut optent. Idem hic e
insaniunt, qui non malunt in clarâ il
die esse & tuto, quam diu hic jactari m
gis, cum istum portum tamen habem
propositum & citò aut serò intrandur
ib.

Vides ut fructus quos decerpunt ne
dum maturos in melle & saccaro miscer
dos, in majore ubiq; pretio quam q
ad hyemen incident & dum ipsi cadun
Tale hic dicam suavius utiliusq; in ju
ventute hos rapi quam in senium & lor
gum aliquid durare nec ulla in lachr
mis hic messis non prudenti, qui ad a
tiorem in istis vim oculum mittit.
scit hæc sequi Providentiæ currum. Qu
ipsum & nos sequamur, liberi lætiq;
voler

volentes, captivi ac servi trahendi, si inviti. Primum id simus fausti sic felicesque etiam in infausto ævo, Cent. 3. Epist. 66.

In mari & inter fluctus circumagi optemus! timeamus in portum & ad quietem ac lætâ pervenire? alia faciant & reflectant non nos, qui scimus felicitatem hic non perfectam in locis his imperfectis, captivus leo expansâ custodia non ejicitur sed aufugit & redit ad notas sylvas & campos: sic nos cum voluptate in æterna & perennia roseta. Cent. 4. Ep. 43.

Vides ne in arboribus ut fructus alii vix nati cadunt, alii adhuc immaturi, omnes denique hyeme attingente, si tamen in eam manent. Sic in nobis alii in primâ & vix infusâ vitâ, alii in mediâ & meliore abeamus, pauci ætatis illam brumam; hoc est, senium exspectant. Cent. 4. Ep. 86.

A vita hac decedas? nil malum est. Tempora hæc non bona, & vix in spe correctionis, ut beatos meritò dicemus, qui educti. Vitæ hoc mare, ut sic scri-

bam, nunc intremus, si maneamus. Juventus & prima hæc ætas risit adhuc circa ripas, nunc alia erunt & varii à dolore, à morbis, ab aliis venti sive fluctus spectandi. Cent. 4. Ep. 87.

Magni nunquam latent.

Ut flamma aut ignis sensum & mentem semper ad se trahit conspectus, obscura negliguntur & latent: Ita de claris & qui in sublimi sunt non arduum referre. Nam ubi sunt semper adsunt qui observant narrant, reliquis non visis aut attentis. Cent.

Ut sol & quæ in cœlo aut alibi lucent, oculos semper ad se trahunt, & omnes in se habent intentos: Ita qui in alto, etiam in fama sunt, & qui rebus sic & regibus mixti non magis possunt latere, quam illi & ignorari. Cent. 5. Ep. 88.

Munera quibus danda.

Munera in eos optime collocantur qui nunquam desinunt, neq; cum ipsi ablati, prædicare,

Otium fugiendum.

σχολὴ τέρπνον κακόν, ait verè quidam, (tu nec prope fine aut admitte) Nam otiari nunc, discurrere, vagari delectationem habeat in eâ ætate, sed in duplum pòst te afflicturum. Ut mella quædam, si supra modum sumis, amara in fine dices: Ita hic est, juvenis in fundo & fine quæ non delectent si sic is. Cent. 5. Epist. 41.

Peregrinatio.

Sicut hortos, qui colunt arbores teneras adhuc movere, à primo loco in alium, solent, ut felicius & faustius crescant: Sic juvenes ex usu est alio alioq; transferri & ut apes sapientiam late imbibere, ut virtuti & honori magis jungantur.

Peregrinationis fructus.

Sicut qui flores & herbas foris legũt domi spargunt ut ii odorem & fragrantiam: Ita

Ita debemus doctrinæ & sapientiæ flores apud exteros quærere, domi spargere & vobis aliisq; voluptatem & commodum dare. Cent. 1. Ep. 98.

Philosophiæ usus.

Sicut hortis alii ad aspectum & delectationẽ utuntur tantum, medici ad mala & morbos pellendos; ita nos decet literas has in usum non oblectamentum tantum habere, adversa hæc vitæ iis lenire & temperare.

Poëtica quomodo habenda.

Aspergendum aliquid reliquis studiis sed ut talem qui non superfluat & abundat. Cent. 1. Ep. 1.

Poetica ut ornamentum habenda non implementum ac ut arbor folia & flores nam ut eam diffusa hæc comarum inpulcrius ferunt sic talia hanc vitam & fructũ Autumnus largius dabit, si ver ætatis amœnos istos flores. ibid.

Ut in domos multa recipimus decoris

ris & ornamenti causâ, si usui non conducunt: sic licet in studia istas curas, etiã tantum oblectantes.

Vt arbores præter fructum folia etiam & flores habent & quamvis carere istis sine damno possent, sine despectu non possent: Idem in studiis ornamentum ferunt & poscunt, sed qui fructum promoveat, non retardet. Talem Pëoticam habe ut possis. Cum modo habe.

Vitium est? nescio, dicunt, mihi non in veniam modo venit sed laudem, si cum modo habeas. Militem litui & tubæ excitant recreantq;, nos hæc talia in laborem ac molestiæ inducunt oblivionem, ad constantiam in difficili ad sapientiam itinere ducunt. Aliter nõ habeamus. Cent. 2.

Sicut hederas & id genus frutices in arboreta recipimus, viroris & delectationis causâ sic licet in studia istos ludos & si tantum allevantes, Cent. 2.

Vt eadem vina non semper movent aut ad gustum sunt alia identidem deposcimus in potum: idem in studiis est,

juvat

juvat inter gravia & severa, quædam inspergi è ludicris illis & jucundis. Cent. 4. Ep. 39.

Ex usu videbis à severioribus libris mentem velut in ludum mittere ad solitas has amœnitates. ib.

Reflectere te interdum ad læta ista & delicias, ut sic dicam, studiorũ, in in rem tuam erit, in laudem, quidquid damnent, alii & spernant. Ut in arbore in fructum prona folia non odimus aut flores: Ita hæc ornamenta cur non feramus, aut in aliis amemus, neq; enim aliud ista sunt. Sed morbum hunc scito, quod in nobis non est, in aliis improbamus, & obtinet jam ac mos est, spernere ac non velle, ad quæ cuivis non est venire. Cent. 5. Ep. 36.

Quietis & scussus commoda.

Ut in fluviis omnibusq; sine periculo navigamus, littus legimus & portum cum libet. In mari non item, in id nos damus, cum volumus, nõ eximus antequam hoc vult, & ibi jactationi tempestatibus semper sumus propiores. Idem hic dixerim & à periculis aliisq; tantũ remotos quantum

tum ab undoso hoc urbium freto. Ibi demum licet opibus non servire aut timere spei metusque liberum esse, ac invidiam non timere, fragilem, favorem spernere & popularem auram. Cent.2.

Rerum mundanarum contemptus.

Ut ii, qui cum Cæsare aut Duce vivunt ipsi in summo, humilia & humiles spernunt aut rident, sic qui mentem ad alta & magna tradunt peritura hæc externa. Cent,3,Ep.12,

Rumor.

Ut compressam nivem si in parum devoluis crescit & undiq; ad se addit tale in rumore est auget ad plures delatus & in vanum sæpe mutat.

Scripta recognoscenda.

Ut animalium quorundā fœtus indecori deformesq; sunt statim prognati, sed illa lavando lingēdoq; formolū aliquid inspirant

rant & pulcritudinem decoremq; paul
tim addunt, ita necesse est ingenii me
tisque hac immatura prole sub calamu
censuramq; iterum ferre & addere negl
cta prius aut omissa. In Præf.

Sicut in ære aut argento si primus l
bor aberrat liquefactum reducunt it
rum sub jucundum: ita nos decet ad s
cundam curam vocare malâ ave primò
nobis demissum. Id.in.P.

Non miramur in domo ornari, an
pliari, corrigi post primam structuran
cur in scripto faciamus malè primo
per errorem parato? ib.

Ipsa hæc ferra in quâ voluimur in qu
vivimus novo verè se corrigit collapsa
& vario ornatu infundit, qui in eâ sumu
imò qui ex eâ, cur nollemus polire ha
nostra identidem & emendare. ib.

Arbores istas & si grandes & jam ja
cœlum petentes nemo culpat addere a
se in annos & augere in his venæ me
tisq; stirpibus magis deceat dilatare i
terdum & in majus ferre. ib.

Ipsi nos qui hæc damus tardè in st
turam istam molamque imus & nc

nisi anniorum aliquot tractu, surgimus in viros quis miretur opera nostra, non perfecta semper esse statim nata, ib.

Scripta Ethnica.

Velut in morbis, preciosis, & penetrantibus medicamentis res geritur, sed levium tamen & leniũ suus usus; sic in his animorum cõtra vitia & errores morbis, non solum supremâ & divinâ illâ medicinâ sed etiam sapientam succis & liquore aptè interdum & utiliter ibimus. ib.

superbia fugienda.

Ut Argi ille aves cum pennis vix levi oculo percurristi, ad pedes verte.

Tempus.

Vt in mari fluctus fluctum pellit nec redit semel progressus. Sic in ætate hora horam nec evocamus elapsam.

In vana multi proni.

H Sicut

Sicut pueri mala, saccarum, & vas & levia rerum sectantur, utilium parum solliciti: sic multi ad vana inclinant, suprema bona non spernentes solum sed ridentes. Cent.

Virtus semper inspicienda.

Ut nautæ in mari, oculos sæpe, semper spem ad portum intendunt; sic nostra mens debet ad virtutem & æternas illas opes. Cent. 1. E. 1.

Virtus attrahendi vim habet.

Ut saxa ab Orpheo tracta & tacita vi allata olim creduntur: Sic homines à magnâ virtute solent.

Virtus in paruis videtur.

Ut colosci magnitudo in brevi sigillo se ostendit, ita virtus circa parva & tenuia potest.

Ut rosis sui rubi subsunt, ita virtutibus vana & prava se fundunt; sed ut illas sic sumimus ne hi sauciant & lædant, ita hic decet, Cent.1.Ep.45.

Vitæ Consideratio.

Ea lex est venientibus in hanc lucem non semper lætari, sed neque lugere: Verum attolli & dejici gaudere & tristari, surgere, mergi omnia ut ferant res & tempus. Adeoq; conditionem nostram & imaginem in aura hâc cernimus, quàm bibimus & in qua vivimus, modò clara modo crassa venit, jam nubilat jam serenât; sic lætitiæ se miscent & fundunt mœrores. Cent. 2.

Vita æterna.

De quibusdam novi orbis infaustis insulis scribunt ventos ibi sine intermis-
 sione

ſione perennare: ita ibi lætitiam ſcimus ſine pauſa perpetim & gaudii nec modum nec metum eſſe, dolendum eoq;minus, ſi quos eò præmittimus, non reſiſtendum cum ipſi ducemur
Cent.1.E.27.

FINIS